

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aristophanis Comoediae Undecim

Graece Et Latine, Ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatae cum nova octo Comoediarum interpretatione Latina, & notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri nec non Caroli Andreae Dukeri ad quatuor priores. Accedunt Deperditarum Comoediarum Fragmenta, A Theod. Cantero Et Gul. Coddaeo Collecta, ...

Aristophanes

Lugduni Batavorum, MDCCLX

C. A. Dukeri notae in Aristophanis Plutum, Nubes, Ranas, et Equites

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1115](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1115)

C. A. DUKERI

NOTAE

IN

ARISTOPHANIS

PLUTUM, NUBES, RANAS, ET EQUITES.

LIIII 2


C. A. D U K E R I

N O T A E

I N

A R I S T O P H A N I S

PLUTUM, NUBES, RANAS, ET EQUITES.



N O T A E I N P L U T U M .

vf. 17.  ποικρομένε] Puto haec referenda ad τυφλῶ, quod est in vf. 13. neque enim video, cur hoc ductus orationis non patiatur; maxime cum e seqq. pateat, Plutum non respondere voluisse. utique durius videtur genitivum absolutum statuere, quod placet Girardo.

vf. 21. Στίφαιον ἔχουλά με] Huc respicit, opinor, Schol. Sophoclis ad Oedip. Tyr. vf. 82. ubi Creonem coronatum lauro ab oraculo Apollinis redire ait Poëta: οἱ ᾧ ἐπὶ τινι αἰσίῳ παραγενόμενοι ἐν Δελφῶν ἱερεμμένοι ἐπαγγέσαν, ὡς ἐν Ἄριστοφ. ἐν Πλάτων Φησι.

vf. 30. Ἱερόσυλοι ῥήτορες] Distinctionem interponendam videtur censere Brodaeus I. Misc. 7. obscure enim loquitur, ut non satis constet, quae sit ejus sententia. de pravitate rhetorum autem idem ibid. & Thom. Mag. in ῥήτωρ. ubi & hunc locum laudat.

vf. 38. Ὡς τῶ βίῳ τῆτ' αὐτὸ κ. τ. λ.] Heinf. in notis ad Scholiastas Hesiodi p. 94. putat, Aristophanem versibus praecedentibus respexisse ad ea, quae scribit Hesiodus ἔργ. vf. 68.

vf. 39. Ἐλακεν] Schol. Προσδιασύρων Εὐμπίδαν. Is Orest. vf. 162. de Apolline dicit ἄδικα ἄδικα ἔλακεν. ubi notat Scholiastes, esse verbum tragicum, quo & Aristophanes usus sit. Nempe Euripides & forte alii Tragicis (nam Eustath. τραγικοί, dicit) λακύν, ἀπλῶς dixerunt pro φανεῖν ἢ λαλεῖν, cum tamen ea vox id non proprie significet, sed omnem sonitum rei inanimatae notet. Unde & Aristophanes, cum ἔλακε de responso Phoebi dicit, eos

ridere existimatur. v. Eustath. in Il. N. p. 950. 11. Add. Schol. Euripid. I. I. est autem ἔλακε, vel a ληκίω, vel a λακίω, apud Hesych. est λυκίον, λυκῆσαι, ληκῆσι, λάκε, λακύν. De fertis autem, quibus coronabatur & tripus Apollinis & Pythia v. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apollin. vf. 1. & in Delum vf. 88. p. 388.

vf. 46. Ὡ σκαίωται] Stolidissime. vid. Eustath. ad Od. Γ. p. 1468. 62.

vf. 63. Τὸν ὄρνι] Schol. διὰ μεταφορᾶς. Eustath. in Il. 24. p. 1346. 44. πᾶν σύμβολον μύλλοντος ὄρνις ἐκαλεῖτο, διὰ μίμης. idque convenientius videtur, quam διὰ μεταφορᾶς, quod habet Schol. Add. de hac significatione vocis Th. Mag. & Suid. ὄρνις, e quo corrigendus videtur Schol. quod enim apud hunc est ἐκαθευκίον, ibi legitur ἐφικίον, id est, quod ab incepto aliquem deterret. Quae sequuntur ὄρνις, ἐπιφάνησις, πιαρμός, ita intelligenda videntur, ut dicat ὄρνι dici etiam ἐπιφάνησι & πιαρμόν. nam apud Suidam est, ὄρνις, ἐπιφάνησις, πιαρμός. quae Interpr. non vertit.

vf. 69. Ἄαυεις] Notat Suid. hoc fere dici de inanimatis, sed Aristoph. etiam dixisse de animatis. Eustath. autem in Il. 22. p. 1260. 49. Atticos ἀναθεῖναι dicere pro ἐπιθεῖναι, laudato hoc loco.

vf. III. Οἰμώζει μακρά.] In aliis edd. οἰμώξεις, quod rectius videtur. nam ut sit futur. medium, cujus secundam personam Attici per η efferunt, non videtur convenire huic verbo.

vf. 159. Μοχθηρίαν] Suidas, μοχθηρία, ἢ τῶ ἀργυρίῳ ἐπιθουσία. ἢ ἢ αὐτῶν τῶ ἀργυρίῳ. Ἄριστοφαιος Ὀμοματι &c. Kuster. notat Suidam male interpretari hanc vocem: non enim hic significare avaritiam,

ritiam, vel pecuniae cupiditatem, sed potius turpitudinem, seu obscenam, libidinem: idque ex ipso Comico patere dicit. Mihi consideranti seriem eorum, quae Poëta dicit, secus videtur. nam cum dixisset, omnes omnia facere pecuniae gratia, Carion se vel exigui argenti causa servum esse subjicit: quem excipiens Chremylus ait, meretrices Corinthias dici pauperes anatores ne audire quidem, divitiis mox copiam sui facere. Tum Carion, immo & paeri hoc, inquit, faciunt, nec amatorum sed pecuniae gratia; quod cum de meritoriis, non de his, qui frugi essent, verum esse respondisset Chremylus; eos enim vel equum, vel canes venaticos, non argentum petere; reponit ei Carion, hoc ideo ab iis fieri, quod eos pudeat argentum petere, sed tamen alias res petendo, eos nomine earum rerum velare τὴν μοχθηρίαν. ex his satis apparet, non tam accipiendam hanc vocem de libidine, quam de avaritia & pecuniae cupiditate. hoc enim ait comicus, cupidi sane sunt pecuniae & amant suos amatores τὰ ἀργυρία χάρι, ut vl. 154. sed avaritiam suam ita tegi putant & latere, si non pecuniam, sed aliam quampiam rem petant, perinde atque eam sine avaritiae nota honestius & petere & accipere possint, quam pecuniam. itaque nihil est causae, cur Suidas hanc vocem male interpretatus dici debeat. Si quid ab eo erratum est, id forte in eo est, quod mutatione casus nominum sententiam Scholiastae pervertisse, vel certe non satis perpexisse videri potest. nam cum Schol. ita notet, μοχθηρίαν, τὴν τῆ ἀσχημίας ἐπιθυμίαν, ἢ τὴν αἰτίσιν τῶ ἀργυρίῳ, non subaudiendum est, τὴν ἐπιθυμίαν αἰτίσιν τῶ ἀργυρίῳ, sed τὴν μοχθηρίαν, id est, improbitatem petitionis, vel improbam petitionem. Suidas cum μοχθηρία nominativo casu ponit, & subjicit ἢ αἰτίσιν τῶ ἀργυρίῳ, non videtur attendisse, deesse apud Schol. vocem μοχθηρία. Itaque quod Schol. dicit per μοχθηρίαν hic posse intelligi τὴν μοχθηρίαν αἰτίσιν τῶ ἀργυρίῳ, Suidas dicit μοχθηρίαν posse esse non τὴν μοχθηρίαν αἰτίσιν τῶ ἀργυρίῳ, sed αἰτίσιν. H. Steph. in Lex. μοχθηρίαν h. l. censet debere verti, improbam cupiditatem.

vl. 160. Σοφισμῶν] Schol. σοφισμῶν τὰ ἀλόγων μαθήματα. Sed videtur potius intelligere imposturas, dolos, de quibus mox, nempe τὸ λαποδοτῆν, τοῖς ἀρχαίοις. opponit τέχνας σοφισμῶν.

vl. 173. Τὸ ξενικὸν ἐν Κορίθῳ] Vid. Harpocrat. & Suidam, qui & in ξενικῶς quaedam habet ex Schol.

vl. 174. Κλαύσει] Graev. ad Hesiod. ξγ. vl. 184. vertit, plorare solet. vid. ibi plura exempla. de Pamphilo autem aliter sentit Palmer. sed Scholiastae sententiam firmat Suidas.

vl. 175. Βελονοπέδης] Hoc vertunt omnes tanquam nomen proprium viri: sed puto notiffi-

um quendam fuisse acuum venditorem, qui haec sola designatione, etiam non dicto nomine, ab omnibus esset cognitus. est enim revera nomen commune. vid. Thom. Mag. in βελόνη. Polluc. l. 7. n. 197. Suidas: Βελονοπέδης, παράσιτος &c.

vl. 176. Ἀγύριον] Sic & Suidas hunc vocat ἰν πῆδος. Sed in lit. A Ἀγύριον, ubi & alios memorat, quibus Ἀγύριον nomen fuit, unde Portus non sine causa suspicatur hic quoque legendum Ἀγύριον, quod mihi quoque metri causa magis placet, & Valesio ad Harpocratem v. Ἀγύριον visum animadverto ob eandem causam. Non sunt autem, opinor, cum eo, de quo h. l. Aristoph. confundendi alii eodem nomine, quos memorant Harpocratem loco dicto & v. Σαρκίαι, & Suidas: quanquam Ulpianus ad Demosthenem Ἀγύριον illum demagogum, de quo Harpocratem loco dicto, Demosthenes & alii, eum velit esse, quem hic ridet Poëta. quod si ita esset, videtur etiam Scholiastes id notaturus fuisse. Ἀγύριον ducem quendam Atheniensium fuisse e Xenoph. notat Palmerius.

Ibid. Πέδης] Portus ad Suidam v. Ἀγύριον, hoc ita accipit, quod homo in pecuniae comparandae causa publice impudenter pedere solitus scisset, quod contra mentem Aristoph. videtur esse: is enim docere vult, Agyrnium, quod dives esset, adeo mollem atque impudentem fuisse, ut sine ulla verecundia aliorum hominum etiam in publico crepitus ventris emitteret, ut Schol.

vl. 177. Φαλακίον] Suidas scribit, notari eum ab antiquae comoediae Poëtis, ἐπὶ τῶ μεταξὺ τῶ δημογυμνῶν μῖσθῳ λέγειν, & ab iisdem perstringi εἰς πανουργίαν, quae non conveniunt cum iis, quae notat Schol. Kuster. putat Suidam ea descripsisse ex alio veteri Schol. de Etymologia nominis hujus vid. Eustath. ad Od. P. p. 1831. 4. qui scribit ἐψαῶν esse, λόγῳ παιζειν, ἐψαῶν, γαλῶν, κατὰ τὴν ἀσχημίας &c.

vl. 178. Ἡ Ξυμμαχία] Palmer. hoc accipit de Chabria, qui sine iussu populi praemiorum magnitudine inductus Nectanebum R. Aegypti ad- jutum profectus, regnum ei constituerit, ut C. Nepos in Chabria cap. 2. Diodorus eum Regem, qui a Chabria adjunctus est, Tacho vocat, Nectanebi patrem, a quo Nectanebus deinde defecerit; sed de re ipsa non satis convenit inter auctores. vid. not. ad Nep. Quidquid autem sit, apparet ex ratione temporis, Aristophanem de hac professione Chabriae in Aegyptum loqui non posse, cum constet Plutum actam A. 4. Olymp. 97. Archonte Antipatro, ut Schol. ad vl. 173. & Auctor Argumenti, monuerunt: bellum autem illud Tachus R. Aegyptiorum contra Persas, in quo is Agefilaum copiis terrestribus, Chabriam classis praefecit, inciderit in A. 3. Olymp. 104. Araxerxis Mnemonis ultimum, adeoque totis 28. annis.

annis post hanc fabulam actam, vid. Diodor. Sic. l. 15. p. 506. Idem eod. libro p. 471. Acorin R. Aegyptiorum narrat, bellum adversus Artaxerxem parantem, Chabriam arcessivisse, qui copiis ipsius praeesset. sed hoc quoque post hanc fabulam actam incidit: refertur enim a Diodoro ad annum Artaxerxis Mnemonis 28. 4. Olymp. 100. adeoque duodecimo anno post Plutum actam. Scholiastes nulla habita ratione temporis omnia miscet. Amasis enim, cum quo societatem habuisse Athenienses refert, vixit tempore Cyri, & inter initia Cambyfis mortuus est, ejus filius fuit Psammenitus, qui ab Cambyse captus & postea interfectus est, quem Scholiast. Psammitichum videtur appellare: nisi quod de Psammiticho ait, in alium quendam Aegypti Regem, qui tempore Artaxerxis Mnemonis vixit, id intelligendum est: nam quae de eo Diodorus narrat lib. 14. p. 415. ad annum 1. Olymp. 95. non abhorrent ab ingenio ejus, quem hic describit Schol. quamquam de ejus cum Atheniensibus societate nihil me apud Diodor. legisse sciam.

vf. 196. Ἀνάγη] *Si ea lucratus fuerit.* ita enim saepe hoc verbum accipitur. v. Heinf. ad Theocr. c. 23. ad Id. 18. 17. & Casaub. c. 7. ad Id. 5. 144.

vf. 197. Ἡ Φησιν, ἢ εἶναι βιωτὸν αὐτῶ ἢ βίον] Versus manifesto repugnat legi carminis: habet enim septem pedes. forte, ἢ Φησιν ἢ βιωτὸν, ut εἶναι fuerit ad marginem scriptum a quopiam, qui voluerit notari, id desiderari. Possit etiam sic constitui, ἢ εἶ βιωτὸν εἶναι αὐτῶ ἢ βίον.

vf. 204. Τετραμήνη τις δίδου. εἰσδὸς γὰρ ποτε] Videtur leg. δίδου: ne quarto loco sit spondaeus.

vf. 244. Θύραζ' ἐξέπεισον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ] Vid. Suid. ἀκαρεῖς. Poll. l. 2. c. 3. n. 33. apud Suidam minus recte vertitur, *ejusdem sum*, pro *ejusci solo*. ita enim utuntur Graeci aoristis: vid. Graev. ad Hesiod. ἐργ. vf. 184. sic paulo ante εἰδὸς κατὰρθε με. solet defodere.

vf. 265. Ἐχων ἀφίκε] Abundat ἔχων, ut παύσεις ἔχων apud Lucian. Interpres hoc ita accepit, ἀφίκε δ' αὐτὸ ἔχων πρὸς β. venit adducens senem, id est, *secum habens*, quod melius est, quam ut pleonasmus statuatur. si pro ἔχων esset ἄγων, pleniora omnia forent, ut vf. 284.

vf. 268. Ὡ χρυσοὶ ἀγέλιος ἐπιῶν, πῶς φῆς; φράσον μοι] Versus manifeste vitiosus: deest enim unus pes. sed interponendum πάλιν inter φῆς & φράσον, e Suida in v. σοφός.

vf. 279. Κόβαλ] Explicat hanc vocem Bochart. Geogr. Sacr. part. 2. lib. 1. c. 18. de significatione ejus vid. Suid. Hesych. Harpocrat.

vf. 325. Ὅτιη προθύμως ἦκετε, ἢ συντεταγμένως, καὶ καταβλακδομένως] Schol. καθωπλισμένως, μετ' ἀτάκτου. &c. Bentl. ad Callim. fragm. 233. Scholiasten ait falsam lectionem agnovisse pro vera, συντεταγμένως pro συντεταγμένως, ne versus legi

metri repugnet. sensit, opinor, de quarta sede, in qua est dactylus, si συντεταγμένως retineatur. hanc emendationem dissimulato Bentleji nomine suam fecit Kusterus ad Suidam v. συντεταγμένως. Assentiendum videtur Bentlejo: neque enim de armatura ulla verbum facit aut sentit Poëta, sed de celeri & non gravato adventu. Hesych. συντεταγμένως, συγκκομμένως, συντόμως εἰρημένως. Pollux l. 3. c. 24. n. 120. quo loco agit περὶ φιλοπά, καὶ ὀκνηρῶ, ad priorem significationem refert inter alia, σύντοι, συντεταγμένως, ἐντάμναι, συντάμναι, ἐπισυντάμναι, ἐντεταγμένως, ἐντόμναι; & inter contraria βλάξ, βλακικός, βλακία, βλακύνειν, βλακωδῶς, ut h. l. Arist. τῶ συντεταγμένως opponit τὸ καταβλακδομένως. Idem Pollux l. 1. c. 10. n. 155. inter prompta ad bellum recenset συντεταγμένως, συντεταγμένως, sed ea videntur ab hoc loco aliena esse.

vf. 329. Τριπόδα μὲν ἕνεκα] Suidas v. ἀσίας eodem modo haec refert. in τριπόδα autem pro εἰνεκα, ἕνεκα, & pro κκλησία, ἐκκλησία, parum recte, opinor, apud eundem etiam pro ἀσίας, leg. videtur ἀσία, quod etiam Bifetus notat, & Meurf. Glossar. v. ἀσίαν.

vf. 331. Παρίην] Sinerem, concederem. est Aor. 2. opt. verbi παρίημι. non bene autem videntur convenire numero ἀσιζόμεθα & παρίην, quanquam ita hoc defendi potest, quod chorus recte & singulari numero tanquam de se uno, & plurali, ut de multis, loqui possit. Si tamen παρίην quis legere mallet, quod frequens est pro παρίημι, nihil esset difficultatis.

vf. 356. Εἴ τι κεκλοφῶς ἢ Δία &c.] Eī saepe notat εἴ τι & διότι, sed hoc non solet ita poni in principio orationis, sed praecedente aliquo verbo, vel parte sententiae. forte pro εἴ τι leg. est ἦτι, ut referatur ad seqq. ἦτι ἀργύριον, ἢ χρυσίον. quod autem Interpres vertit, *si tu furatus es*, id intelligi non potest.

vf. 462. Τί δ' ἂν γ' ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξορίθ'; Χ. ὦ, τι] Claudicat aperte versus. videtur leg. γε ὑμεῖς, vel ἦ ὑμεῖς, nam prima in ὑμεῖς longa est, vid. supra vf. 419. Homer. Il. 1. 18. 260. Il. 2. 74.

vf. 482. Τὸ δ' αὐτὸ γ', ἂν ἠπλάσθη, καὶ σφῶ δειπασθῆ] Schol. legit αὐτὸ εἶναι ἦτι. quod non improbandum videtur. vel γ' εἶναι, quod in aliis esse notavit Scal.

vf. 499. Ὅστις ἐσ. ἐγὼ σοι τάτε μάγνυς μὲν ταύτην γ' ἀπερώτα] Ita est interpungendum. non constat autem versus. nam ante τάτε duo absolvi debent pedes ex lege hujus carminis, forte εἰδὸς (quod in aliis esse notat Girardus) αἰ ἐγὼ ταίτε vel ἦτις. ἐγὼ σοι τάτε. prius magis mihi probatur: nam repetitio τῶ ἦτι, non incongruens est, etsi parum refert, utrum praeferas.

vf. 502. Πολλοὶ ὄντι ποταροὶ πλεῖστοι, ἀδικῶς αὐτὰ συλλεξάμενοι.] Sermo magis respicit sententiam, quam

quam verba: neque enim αὐτὰ habet, quo referatur: sed inferitur, quia praecessit πλατῦσι, quod idem est ac si dixisset χρημῶν συλλέγουσι.

vf. 505. Οὐκ ἔνι εἶναι Φημί, ἢ παύσθ' ταῦτ', ἢ βλέψῃ παύσθ' ὁ Πλάτῳ, Ὅδον, ἢ τιν' ἴαν τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθ' ἂν μίξω πορίσιν.] Haec satis sunt intricata & obscura. Scholiastae quoque confuse multa garrunt. Ordo hic est, ἔκ' ἂν Φημί εἶναι ἔδον, ἢ παύσθ' ταῦτα, ἢ βλέψῃ ὁ Πλάτῳ, ἢ τινὰ τις ἴαν κ. τ. λ. quem etiam unus e Scholiastis atigit. Dico unam esse viam, qua haec in melius reducuntur, qua finis huic rei fiat, si Plutus visum receperit, vel si Pluto visus reddatur: quam viam si quis ingressus fuerit &c. Interpres secutus unum e Schol. verba ἢ τιν' ἴαν refert ad Plutum, quam viam si ille eat. in quo errasse mihi videtur. ait enim Chremylus unam esse viam, id est, rationem finem faciendi his rebus, si Plutus visum recipiat. Jam vero Plutus ipse eam rationem inire non volebat, nec poterat, sed senes qui cum Penia ea de re litigant. In ἢ τινὰ autem subaudiendum τις docent etiam Scholia meliora. Scholiastes autem ille, qui ait κακίμετρον hunc versum esse, videtur ex eorum numero esse, quos perstringit Schol. alius in fine notae.

vf. 518. Οἱ θεράποντες μοχθήσουσι. Π. πόθεν ἔν' ἔξεισι θεράποντας] Leg. μοχθήσουσι.

vf. 529. Στακίσις] Schol. τοῖς ὄγκοις κ' χριστίμοις, πρὸς ἀντιπαραβολὴν τ' ἕρπον. Suid. τοῖς ὄγκοις κ' δοκίμοις. Hoc satis commodum habet sensum. non dubitem tamen praeferre lectionem Schol. nam & inter ἕρπον sunt δοκίμοι. eod. versu μύροισιν legendum est e Suida, metri causa.

vf. 530. Οὐδ' ἱματίων βαπτῶν δαπάναις κοσμήσουσι ποικιλομορφῶν.] Schol. Βαπτῶν ἢ ἱματίων φορέσιν οἱ νευμοῖσι, πρὸς τὸ φαίνεσθαι τεκμηρίον, αἶμα, τ' βαφῆς. Suid. v. βαπτῶν habet τ' φορέσιν, pro βαφῆς. Kuster. ad Suidam scribit rectius legi apud Scholiasten Comici, eumque se in versione sequi. vertit autem, ut tincturae essent indicium. Ego autem in his verbis nullam plane invenio commodam sententiam: sponsi gestabant versicolores vestes, ut tincturae essent indicium. Nec plus sani sensus videtur in illo Suidae φορέσιν. Suspiciabar sententiam esse Schol. ideo versicoloribus vestibus uti sponsos, ut indicaretur duorum conjunctio, & quasi commissio, quemadmodum in versicoloribus vestibus plures junguntur & miscentur colores: sed hoc difficile est affirmare. Ad defendendam autem lectionem Suidae videtur dici posse, φορέσιν ibi esse sponsi & sponsae conjunctionem, seu μίξιν, quemadmodum permissiones colorum a pictoribus φορέσιν vocantur. Verum dum nihil melius succurrit, malim e corrupto Suidae φορέσιν, apud utrumque legere χαρῆς, γαυδίου: nam ποικίλας ἐοδῆτας γαυδίου fuisse signum, apparet ex eo, quod etiam viri iis utebantur ἐν

ἑορταῖς κ' πανηγύρεσι. vid. Salmast. ad Vopiscum Aurelian. c. 46. p. 560. Ferrar. de R. V. l. 3. c. 22. Ceterum βαπτῶν ἱματίων sunt ποικίλα, vestes versicolores, a βάπτειν, quod saepe idem est, quod ποικίλλειν. vid. Salmast. ad Vopiscum Carin. c. 20. p. 852. Vopiscus Aurelian. c. 46. p. 560. Trebell. Poll. xxx. Tyr. c. 30. p. 328. ubi & h. l. laudat. Versicolores autem vestes cum non liceret Athenis gestare, nisi meretricibus, tamen ἐν ἑορταῖς κ' πανηγύρεσι etiam viris concessas fuisse, patet ex iis, quae leguntur apud eundem ad Aurelian. p. 560.

vf. 536. Κολοσυστὸν] Interpr. voces gemebundas. Sane κολοσυστὸς strepitum notat, ut apparet e Schol. Suida, Hefychio. sed non video quomodo is possit tribui pustulis. malo κολοσυστὸν referre ad omnia praecedentia, & exponere turbam, multitudinem, ex Hefychio, qui inter alias: ejus significationes habet ὄχλῳ, συρφετός.

vf. 544. Μαλάχης πλάσθης, ἀντί δὲ μάζης, φύλλ' ἰγνῶν φαφάνιδον.] Versus aperte vitiosus. nam duae priores in μαλάχην, utique breves sunt. Hefiod. ἐστ' ὅσον ἐν μαλαχῇ τε κ' ἀσφοδέλω μέγ' ὄνειρα. forte leg. est φυλλί' ἰγνῶν, cujus emendationis fundus est ipse Comicus Acharn. vf. 468. ἐς τὸ σπυρίδιον ἰγνῶν μαι φυλλία δός: tum quae ibi notata sunt a Scholiaste: etsi enim is laudans hunc locum φύλλ' legit, tamen satis aperte demonstrat hoc loco ita legendum esse, ut istuc. add. Thef. Steph.

vf. 545. Ἀντί δὲ θράνης, εἰρήνη κεφαλῆν] Apud Poll. l. 10. c. 11. n. 48. θράνης legitur, non θράνης, & recte est enim θράνης mascul. ut apparet e Polluce οἱ θράνοι, & e Schol. Comici ad Nubes, ubi θράνης dicit. novissimus Editor Pollucis bene censet emendandum e Polluce Aristophanis locum, sed hoc jam ante eum observaverat H. Steph. Thef. & in L. Constantini ita quoque hic locus laudatur. apud Suidam tamen vitiose, ut hic, θράνης.

vf. 541. Σὺ μὲν εἰ τὸν ἐμὸν βίον εἰρηκας, τὸν πλωχῶν δ' ἔσπερσας] Leg. τὸν τ' πλωχῶν, metri causa. ut H. Steph. & L. Const. laudant. Kuster. ad Suidam v. ὑπεκέρσας corrigit τ' δὲ πλ. prius praefero, Ceterum Pollux l. 9. c. 8. n. 139. videtur legisse ὑπεκέρσας. ait enim apud Aristoph. Pluto τὸ ἐπικρῆσας sumi ἐπὶ τῷ ναυεῦσαι. vulgatam retinendam puto.

vf. 559. Καὶ τὴν γνάμιν, κ' τὴν ἰδέαν. παρ' αὐτῶν μὲν ἢ ποδαγῶντες.] Versus tribus vitiis laborat. Primum, quod sede quinta est jambus παρ' αὐ. deinde, quod abundat altera particularum ἢ & ἢ. postremo quod ποδαγῶντες metrum respuit. forte παρὰ αὐτῶν ἢ ποδαγῶντες. sane ποδαγῶντες lectum in quibusdam testatur Scholiastes. Steph. in Thef. v. ποδαγῶν, notat ποδαγῶντες invito metri. egi, & ἢ omittit. existimat forte παρ' pro-

duci

duci ob liquidam. Porro ex hoc loco Aristophanis videtur refelli posse Thom. Mag. qui negat idem dici ἀδελφῶν ἀνδράπων.

vf. 621. Ἐγκατακλινόντων.] Hoc intelligendum videtur de senibus, qui se eum ad Aesculapii deducturos ibique collocaturos dicunt. ut v. 411. κατακλινὸν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιῶν. est autem dualis futur. particip. Scal. notat, in aliis esse ἰγκατακλινόντες.

vf. 627. Θεοσίαις.] De tempore instituti ostracismi, de quo Schol. vid. quae disputat Scalig. ad Euseb. n. 789. Maussac. ad Harpocr. v. ἰπαρχοῦ. & ad ejus notas Valef. Periz. ad Aelian. 13. V. H. 24.

vf. 660. Ἐπεὶ δὲ βωμῶν.] Schol. ita ordinat, repetendo καθωσιώθη: ἐπεὶ δὲ βωμῶν καθωσιώθη τὰ πόπανα, καὶ τὰ προθύμια καθωσιώθη Ἡφαίστος φλογί, ὁ πέλας λέγω. ut πέλας sit interpretamentum Ἐπροθύμια. nam πόπανα in parte quadam arae posita, (quod etiam videtur indicare v. 678. seq.) προθύμια autem, quae πέλας illi dicuntur, igne adoleri solita scribit. itaque ex illius sententia πόπανα inter προθύμια non erant. De popanis &c. vid. Suid. πόπανον, προθύμια. add. Periz. ad Aelian. 11. V. H. 5. Etymologiam vocis πόπανον adfert Eustath. in Iliad. Δ. p. 437. quo loco etiam nostrum laudat.

vf. 725. Ἴν' ἰπομόνυρον παύσαι σε τὴν ἐκκλησίαν.] Et locus difficilis est, & Schol. aliique, qui de discrimine verborum ἰπαμοσία, ὑπαμοσία &c. scripserunt, ipsi etiam inter se differunt. Schol. ἰπομόνυρον exponit ἐκακώμενον. hoc quid sit non adferor. videtur de vocatione in jus intelligere, ut apparet ex illis, ἐκακῶνται δὲ εἰς τὸ δικαστήριον πολλοῖς. at ita intermedia illa: ἰπαμοσία δὲ εἶναι, ἢ ἐπιδιδάσκειν ὁ βασιλεὺς ἀντιπεῖν ὑψηλοῦς εἰσφορῆναι, non suo loco posita fuerint, & ἐκακώμενον cum his, quae post ea, quae posui, subjiciuntur, nempe ἐκακῶνται δὲ cet. conjungenda. Jam quod hic ἰπαμοσίαν vocat Schol. Pollux ὑπαμοσίαν dicit, l. 8. c. 6. n. 44. παρανόμων δὲ (δικήν εἶναι) εἴ τις ὑψηλοῦς γράφοι, ἢ νόμον παράνομον. ὑπαμοσίαν γὰρ τις τὸ γράφειν, ἢ κατηγορίαν ὑπαμοσία ἐκακῶνται, διλεγχοῦν, ὅτι εἰσι παράνομον, ἢ ἀδικον, ἢ ἀσύμφορον. & rursus ibid. n. 56. ὑπαμοσία δὲ εἶναι, ὅταν τις ἢ ὑψηλοῦς, ἢ νόμον γράφοντα γράφῃται, ὡς ἀπεπιγνῶνται. τὸτο ἢ ὑπαμοσία λέγουσι, καὶ εἴη ἢ τῶν ὑπαμοσίαν τὸ γράφειν, πρὶν κριθῆναι, κυρίως. aliter Harpocraton. ὑπαμοσία. τὸ ὑπερθεῖν δὲ δικῶν προφασί χρώμενον ἀποδημίας ἢ νόσου, ἢ τινος παραπλησίαν, μεθ' ἑκάστου ἐλέγγο, καὶ τὸ ποιεῖν τὸτο ὑπαμοσίαν. adfert deinde testimonium Demosthenis in Olympiodor. cum quo consentit Ulpian. in Midian. p. 341. add. locum Demosthenis adv. Olympiodor. apud Jungerman. ad Polluc.

l. 8. c. 6. n. 56. Pollucis autem sententiam firmat locus Xenophontis 1. Hellen. p. 452. ταῦτ' εἶπεν Εὐρυπύλομος ἔγραψε γνώμην, κατὰ τὸ Κανόνος ὑψηλοῦς κρίνει τὰς ἀδίκας, δίχην ἕκαστον. ἢ δὲ τὸ βασιλεὺς ἢν, μὴ ὑψηλοῦς ἀπάτας κρίνει. τῶν δὲ ἀσχυροτονομένων τὸ εἰ πρώτοι ἔκριναν τῶν Εὐρυπύλομου. ὑπαμοσίαν δὲ Μενεκλῆς, καὶ πάλιν ἀσχυροτονοίας γενομένης, ἔκριναν τὴν τὸ βασιλεὺς. Leunclav. interposito jurejurando petente dilationem Meneclae. at non tam dilationem petebat Meneclae, quam παράνομον, ἀδικον, ἢ ἀσύμφορον istud ὑψηλοῦς esse dicebat. attamen etiam Bud. ita interpretatur Comm. L. Gr. p. 42. Sed Valef. ad Harpocrat. ὑπαμοσία, ita ut Pollux. Sententia porro Comici non minus mihi obscura est. Schol. exponit varic τὸ ἰπομόνυρον. κακώμενον, ἐφιδροῦσθαι καὶ συκοφαντεῖσθαι ὑπὲρ τῶν κερδαίνοντων. Constantinus scribit, nonnullos accipere pro ἐπιτοκῶν κέρδη, idque Budaeo non displicuisse, ut sit ἰπομόνυρον ἐπὶ κακῶν, conjurantem. ipse exponit, ut te a concione arceam, jurejurando interposito te excusantem & causam adferentem, cur vadari nequeas, & vadimonium obire. τὴν ἐκκλησίαν Schol. accipit pro ταῖς ἐκκλησίαις. unde videtur id conjunxisse cum ἰπομόνυρον, ἰπομόνυρον ταῖς ἐκκλησίαις. qua ratione ἰπομόνυρον participium videtur positum pro infinitivo, nota constructione verbi παύσαι. Sed nulla ejus rei causa apparet, cum poeta, si ita voluisset, multo aptius potuisset ponere ταῖς ἐκκλησίαις. quidquid sit, sententia esse videtur: cum nequam sis & sycophanta, sedebis oculos cataplasmate oblitus, ne in concionibus rempublicam fraudibus ac perjuriis turbes. Ceterum Girardus legit ἰπομόνυρον, quod maxime placet, hac sententia, ut te jurejurando contendentem decreta, vel ὑψηλοῦς, iniqua, vel Reip. inutilia esse, & ita saepe rempublicam perturbantem ac laedentem, cum sycophanta sis, arceam a concione, efficiamque ut in eam venire non possis, dum hic καταπεπλησμένος sedebis. & ita accipiendum docent etiam seqq. ὡς Φιλιπποῖς τις εἶναι ὁ δαίμων.

vf. 727. Τῶν Πλάτων.] Scal. quidam Πλάτων. Schol. τῶν Πλάτων ἔτω λέγουσι, καὶ ἀκόστας τὸν αὐτὸν τῶν Πλάτων τὸν ἀδελφὸν νομίζουσι. haec corrupta videntur. nam quid hoc est, Plutum dicunt etiam Plutonem, & non sine ratione Ἀδελφῶν, vel Orcum, & Plutum eundem esse putant. leg. τῶν Πλάτων τῶν ἀδελφῶν. id est, Plutum eundem esse, qui Pluto, id est, ἀδελφῶν, sive Orcus. vel τῶν καὶ ἀδελφῶν. nam Pluto etiam ἀδελφῶν dicitur. Suidas Πλάτων, ἀδελφῶν. Hesych. Πλάτων, ἀδελφῶν.

vf. 744. Ἐργνηγοῦσαν.] Non video, cur ita praeter rationem hujusmodi verborum legi debeat. forte ἔργνηγοῦσαν εἶναι, qui anapaestus est.

vf. 772. Κλειρὸν πέδον.] Steph. v. Ἀθῆναι, κλειρὸν πέδον, id est, arceam. ait enim Athenienses arceam suam, ἀκροπόλιν, κυρία ὀνόματι vocare πέδον, id quod probat auctoritate hujus loci Aristophan-

nei. assentior Berkelio, praefendam esse Stephani lectionem vulgatae.

vf. 800. Εὐ πάνυ λίγαις ὡς δὲ Ζεῦσι εἶποι.] Claudicat metrum. forte εὐ ᾗ πάνυ. vel simile quiddam. pro ὡς δὲ, malim ὡς γέ, nam id etiam ita frequenter accipitur. ὡς δὲ non memini me ea significatione legere.

vf. 816. Ὁ δὲ ἰπὸς ἡμῶν ἔξαπλής ἐλεφάντιον.] Jungerm. ad Polluc. l. 10. c. 34. n. 156. ἰπὸς. Bentl. ad Callim. fragm. 233. ἰπὸς. utrumque denotat μύαγραν. Bentleji sententiam probat Kuster. ad Suid. v. ἰπὸς. rejicit postremus editor Pollucis: ait enim ἰπὸς, furnus, convenientius esse rei ipsi, & quod in Aristophanis Pluto, e quo laudat Pollux εἰπὸς, ea vox nunc non legatur, non debere quemquam morari; quod forte in Pluto primo esse potuerit. tamen non satis intelligo, quid sit furnus, vel caminus eburneus, aut quomodo iis rebus ebur conveniat, id enim ad loca, in quibus est ignis aut fumus, admoveri nulla ratio est. lucerna tamen, seu laterna, eburnea posset intelligi.

vf. 829. Μεγάλαν γὰρ μὲ ἐν ἀγαθῶν αἰτίῳ.] Ms potest jungi cum ἀγαθῶν, ut sit ἀγαθῶν μὲ. sed malim ex perpetuo usu hujus phraeos legere μοι.

vf. 840. Αὐχμὸς ἦ ἂν ᾗ σκιδυρίων μὲ ἀπάλεσον.] Siccitas, squalor suppellestilis me perdidit. arefactus & exhaustus amisi vasa, id est, opes. ad paupertatem redactus sum. metaphora a segete. nam siccitate grana, quae sunt in aristis, extenuantur & aduruntur. vid. Schol. Suid. Hesych. αὐχμὸς etiam exponitur ἔνδεια.

vf. 990. Μισητίας.] Suid. μισητίας, & Eustath. in Od. κ. p. 1650. Atque ita etiam apud Pollucem l. 6. c. 42. n. 189. in MSS. ut notant Interpretes. Eustath. contra quam Schol. & Suid. a μισεῖν esse tradit, in quo forte fallitur. Apud Suidam in μισητίῳ, se restituisse τὸν δὲ ἀπλῶς μισητὸν, pro τῶν ἀπλῶν, ex Photii Lexico inedito notat Kust. sed hoc potuerat fieri ex Hesychio, apud quem eadem leguntur. Hesychii locus in μισητῶν, corrigi debebat e Suida, qui e Cratino laudat, μισηταὶ δὲ γυναικῆς ὀλίγη χρῆσονται. quod fugit Palmer. In notis Hesychii pro παχυσία, leg. παχῆα, e Suida & Eustathio p. 1651. quod autem in Suida pro τὸ ἐκ συνείας ἐπίφορον, Kuster. videtur velle legendum ἐπίφορον e Schol. Aristoph. rationem non video; cum utraque vox idem notet ea significatione. & si hoc admittas, infinita essent loca in Suida corrigenda.

vf. 1021. Ὁξεν τε ᾗ χροῖας ἔφασκεν ἡδὺ μὲ.] Conf. Lex. in ὄξω, suavem esse odorem corporis mei ajebat. ita etiam Girard. qui genitivum χροῖας poni ait pro accusativo. & sic quoque videtur usus poetae Acharn. v. 852. Ἀρτέμιον ὄξαν κακὸν ᾗ μαχαλῶν, reddens hircum, in quo videtur esse ellipsis τῆς ἐν, sc.

ἐν ᾗ μαχαλῶν. itaque videtur haec oratio ita integre accipienda, ἔφασκε μὲ ἡδὺ ὄξεν ἐν ᾗ χροῖας μὲ, ad verbum, emittere me suavem odorem e corpore. at idem Constant. in χροῖα ita vertit, dicebat meae cutis, seu corporis, suavitatem fragrare, quae interpretatio ordinem hunc facit, ἔφασκε τὸ ἡδὺ ᾗ χροῖας μὲ ὄξεν. prius magis placet. neque enim in talibus adjectivo, quod adjungitur verbo ὄξω, solet addi articulus. ita enim recte dicas, τὸτο ἔξω κακὸν, δεινὸν, ἡδὺ, non item τὸ δεινὸν, τὸ κακὸν, τὸ ἡδὺ τῶν ἐξω. χροῖα. autem pro corpore, cum proprie sit color, accipitur. cogitabam etiam, an pro μὲ leg. esset μὲ, sed potest μὲ jungi cum χροῖας, & subaudiri μὲ. Suidas in ὄξω, hoc ita exponit, ὁσμὴν ἡδύων ἔλεγετο εἶναι δὲ τῆς σώματος μὲ. itaque & δὲτὸ subaudiri potest.

vf. 1026. Ὡ φιλ' ἀνεγ.] Hunc locum forte ante oculos habuit Suidas, cum v. ἀνεγ e Pluto poetae laudat, φιλτατ' ἀνεγ, subjicitque vocem ἀνεγ non reperiri in vocativo casu pro marito uxoris. neque enim est alius in hac fabula locus, cui accommodari nota illa possit.

vf. 1030. Τὸν εὐπαθὸν.] Forte εὐ παθὸν divisis vocibus. ἐπάχω nusquam reperitur. & ita Lex. Conf. v. ἀντοποιῶν, & Steph. ead. voce, quamquam accentus ibi male scriptus est in εὐ.

vf. 1038. Τηλία.] Prae omnibus expositionibus, quas habet Schol. ea maxime mihi placet, quae exponit κοσκίνε κύκλον, quomodo & Suid. κοσκίνε παρῆφείαν. item, quae τὸ ᾗ καπινοδόχης πῶμα, ὅ ἐστι παρῆφείας. quemadmodum Schol. Vesp. v. 143. nam id sane ratio dicitur, requiri hic aliquid, quod similem habeat formam anulo: nam cum dicat anus, se posse trahi per anulum, necesse est, ut id quod reponit fenex, figuram quoque habeat rotundam anuli instar, qui in circulo cribri & operculo fumarum est, non in aliis, quae iidem memorant. apud Suidam quaedam etiam aliter leguntur, quam in Schol. sed non magni momenti.

vf. 1047. Ποῖς χρόνος;] Quanto tempore? hoc suspectum est. nam ποῖος de qualitate dicitur, non de quantitate. forte πόσος.

vf. 1067. Γέρον ἀνεγ ἂν.] Simile est illud apud Sueton. in Claudium. cap. 15. κὶ σὺ γέρον εἴ κὶ μωρός.

vf. 1068. & seq. Περὶ μὲ ἐν ἴσως σε, κατὰ ᾗ τιτθίαν Ἐφάπτεται σε,] Prior versus claudicat. videtur superfluous articulus ᾗ.

vf. 1086. Συνεκποτέα.] Atticismus, pro συνεκποτέον. de quo vid. Eustath. ad Homer. Il. A. p. 59. συνεκποτέον, quod Scal. ait esse in Vet. versui non convenit. & praeter Eustath. συνεκποτέ ἐστὶ laudat Suid. in ἐπειδὴ & συνεκποτέ ἐστὶ.

vf. 1129. Οἱμοὶ δὲ καλῆς.] Hunc versum e Pluto deutero laudat Athen. 9. 2. v. Casaub. ib. & 3. 27. idem Casaub. ad 9. 2. reprehendit eos, qui

qui οἶμοι putant hic laetitiae signum esse.

vf. 1133. Ἴσον ἴσῳ.] Ita accentus notati leguntur etiam apud Eustath. II. Z. p. 640. 56. Od. Γ. p. 1470. 64. Od. I. p. 1624. 54. Od. E. p. 1770. 10, 11. & apud Suid. in κολίξ, & οἶμοι. quibus locis, ut & v. κεκραμένη, legitur pars notae Schol. Est autem κολίξ ἴσον ἴσῳ κεκραμένη, cum aequae miscentur vini & aquae partes: quam mixturam meraciorem esse scribit Schol. solebant enim plerumque plus infundere aquae quam vini. vid. Athen. I. 10. p. 426. Eustath. ad Od. I. p. 1624. & ex his Spanh. ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 46. Scalig. ad Manil. p. 231. memoriae, opinor, vitio ita laudat, οἶμοι κολίξ ἴσῳ κεκραμένης.

vf. 1134. Ἀποτρέχων σὺ ἀν' φθάνοις.] Interpr. hinc nunquam mediteris fugam. videtur ex ratione L. Gr. vertendum esse, protinus, omnino hinc fugies. sic supra vf. 485. σὺ ἀν' φθάνοις τῆτο πράτοισι. omnino hoc faciendum est vobis. causam dicere non potestis, quin debeatis facere. & v. 875. σὺ μ' εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως σὺ ἀν' φθάνοις. omnino tibi eundem est. v. Gronov. ad Lucian. diss. cum Hesiod. p. 490. est autem verosimile, quod monet Bifetus, crepitum a Carione mitti, & dici Mercurio, ut eum simul eibat, ταύτην τῶν πορδῶν ἐπιπῶν τῆ κολίξ.

vf. 1147. Ἐὶ σὺ Φυλῆν κατέλαβες.] Respicit res Thrafsybuli, qui occupata Phyle initium fecit recuperandae libertatis a Lacedaemoniis & 30. tyrannis oppressae. hoc incidit in annum 1. Olymp. 94. anno autem sequente Thrafsybulus cum suis fuit restitutus in urbem, & ἀμνηστία sancta. Miratur igitur Schol. quomodo haec possint legi in hac fabula, quae quinque annis ante Thrafsybuli reditum acta sit. Fuit scilicet in ea opinione, hanc esse Plutum priorem, sed male, quod non solum ex hoc loco patet, sed etiam ex Athenaeo I. 9. c. 2. ubi laudans versum Ὀἶμοι δὲ κολίξ, qui est 1129. hujus fabulae, ait e Pluto posteriore eum esse. potest tamen hinc colligi tempus, quo acta est Plutus prior, quinto scilicet ante reditum Thrafsybuli an-

no, quod tempus incidit in 1. Olymp. 93. post quam 20. annis, 4. Olymp. 97. posterior acta est, ut Schol. supra, ni fallor, monuit. Verba, quae e Philochoro adfert Schol. perturbata sunt. sententia utcumque restitui poterit, si trajectis vocibus legas: πέμπτον ἐπὶ ὅστροι μάχεται μὲν Ὀρχουδέλῳ ἐν Πειραιεὶ γενόμενος ὁ Κριτίας, καὶ τελευτᾷ. De Φυλῆ porro vid. quae habent Suid. in ea voce & Φύλαρχος, Harpocrat. Φυλῆ, ibique Interpr. fallitur Stephanus in Φυλῆ hunc versum laudans ex Equitibus, ut jam notarunt Interpr.

vf. 1167. & seq. Οὐκ ἐπὶ πάντες οἱ δικάζοντες, δαμῶν Σπείδου ἐν πολλοῖς γεγραφοῖσι γράμμασι. Schol. ita exponit, non frustra est, quod iudices student habere plura nomina, ut si uno δικαστηρίῳ exciderint, possint sortiri ἕ jus dicere in alio. hoc non satis adsequor. iudices legebantur decem, e singulis tribubus singuli: deinde decem prima elementa inscribebantur tabellis, & in urnam conjiciebantur. qui primum elementum eduxerat, primus jus dicebat, & ita deinceps. vid. Schol. ad v. 973. hic quid plura nomina prodesse possint, non video. Sed cum multa essent δικαστήρια, videntur sortiti primum, qui iudices essent, deinde quo ordine singuli jus dicerent. Jam si quis sortitus exciderat uno δικαστηρίῳ, videtur sub alio nomine deinde sortiri potuisse, ut in alio δικαστηρίῳ iudex esse posset. Suid. in ἐπώνυμοι quaedam e Schol. laudat. de variis autem cognominibus Deorum, & quod ea quasi praecipua quaedam eorum praerogativa fuerit, unde intelligeretur, eos plurimis locis coli, variamque esse eorum potestatem, vid. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 70. & in Dian. v. 7.

vf. 1171. Ἦ εὐθέως Ἀγκονίος εἶναι μοι δοκῆς.] Schmid. ad Matth. 4. 11. legit Ἀγκονός, quia, ut ait, repugnat quantitas secundae in Ἀγκονίος. Et tamen Menander corripit in Ἀγκονίος apud Athen. I. 4. p. 172. vid. fragm. Clerici p. 43. ubi is, contra quam apud Athenaeum est, omisit γὰρ.

NOTAE IN NUBES.

vi. 5. Οικίται.] Int. *servuli*. immo omnes domestici. v. Schol. Suid. Thom. Mag. *ρέγκω*, non *ρέγγω*, dicendum notat etiam Thomas, quod & Kust. probat ad Suidam v. *οικίται*. etsi in MSS. *ρέγγωσιν* legi testatur. Locus Suidae in *ρέγγωσι*, non satis planus videtur. *ρέγγωσι*, τὸ ποῖσιν οἱ βαθίως καθύδρους, οἱ δὲ μὴ φροντίζοντες, κοιμῶνται. opponere videtur τῶν *ρέγγων* τοῖς μὴ φροντίζουσιν, ac si hi diversi essent, quod ineptum est; sunt enim iidem; nam quod stertunt, ex eo fit, quod curarum expertes sunt. puto delendum δὲ hoc faciunt, qui altius somno sopiti sunt, qui curarum expertes dormiunt, vel καὶ οἱ μὴ, vel οἱ καὶ μὴ.

vi. 17. Ὅραν ἄγουσαν ἢ σελήνην εἰκάδας.] Heins. ad Hesiod. *ἔργ.* fin. notarum reprehendit Schol. qui parum rectam rationem reddiderit, cur Strephtades, cum in fine mensis penderentur usurae, non dixerit *τριακάδα*, sed *εἰκάδας*. ipse causam dicit, quod *εἰκάδες* plures sint: nam aliam rationem in ejus verbis non invenio. atqui idem Schol. tradit. ait ideo dici *εἰκάδας*, quia post vicefimam mensis jam propinquat tricesima, qua solvendum erat foenus. *εἰκάδες* autem dici plurali numero, eo quod vox illa non sit intelligenda solum de vicefimo die, sed etiam sequentibus. quid his melius Heinsius adferat, ego quidem non intelligo. quod autem Aldobrandinus ad Laërt. 1. 58. vita Solonis, Aristophanem forte *εἰκάδας* dixisse putat, quod olim ante Solonem menses absoluebantur 20. diebus, mihi parum probatur. ita enim *εἰκάδα* dicendum fuisset, & mutata ratione mensium, nil erat, cur ad antiqua illa tempora respiceret Comicus.

vi. 21. Φέρ' ἰδῶ, τί ὀφείλω.] Laudat h. l. Th. Mag. docetque *φέρ*, ἄγε cet. jungi & imperativis & subjunctivis. Suid. *ὀφείλω*, χρεώσῃ. Πρὸς δοτικῆν. Ἀριστοφ. νεφ. *φέρ' ἰδῶ, τί ὀφείλω*. Haec mutila & corrupta videntur. puto ita supplenda, *πρὸς δοτικῆν*, (sc. *συντάσσεται*) Ἀρισ. νεφ. *φέρ', ἰδῶ, τί ὀφείλω; δάδκα μῆσ Πασία*. Nam cum dativo jungi dicat, ea pars carminis, qua id docetur, omittenda non erat.

vi. 24. Εἶδ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ.] Int. *utinam prius esset a me excusulptus huic oculus*. At non hoc sonant illa verba, verum, *utinam mihi prius excusulptus esset oculus*, quemadmodum recte vertit Constant. in Lex. nam passivum in eo verbo significationem activi ex usu linguae

Graecae habere non potest. hoc autem repugnat sententiae. neque enim ratio est, cur Strephtades sibi excuti oculum velit, sed hoc optat, ut excussus fuisset equo oculus, quod si factum fuisset, filius ejus emturus illum non erat. alludit autem eo verbo ad *κοππαίαν*, ut Schol. Mibi videtur leg. *ἐξεκόπη*, sc. ὁ ἰππὸς τὸν ὀφθαλμὸν πρὶν πρῶτα. Suidas. *ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν, ἐπὶ πρῶτον*. Plutarch. Publicola de Horatio, *ἐκκοπεῖς ὀμμάτων θάτερα*. Lucian. Jov. Trag. p. 137. *τῆν φωνὴν ἐξεκόπητο ὑπὸ τ' βοῆς*. Schol. & Th. Mag. vulgatam agnoscunt. Sed ille tamen satis ostendit ad equum referri; Thomas in principio articuli ubi h. l. laudat, *ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν λέγων καὶ ἀνεκόπη, καλλίον ἢ ἀφαιρέτην*. e quibus verbis apparet, etiam in his poëtae, quae laudat, legendum *ἐξεκόπη, & ἀνεκόπη*, ut conveniant inter se personae.

vi. 32. Ἐξαλίσις.] Ad h. l. Aristophanis videtur etiam respexisse Hefych. in *ἀλιθιθρα*. adde Salmat. ad Solin. p. 336. b. c.

vi. 41. Φεῦ. Εἶδ' ὀφελ. κ. τ. λ.] Versus non constat, habet enim secundo loco Amphimacrum. apud Harpocr. *ἐπαϊρόμεν*, & Th. Mag. *εἶδ' ὀφελον*, non legitur *φεῦ*, qua ratione consulitur versus, sed *φεῦ* agnoscit Schol. itaque potius *ὀφελ'* legendum. Dicunt enim sine discrimine *ὀφελον, ὀφελον* & seqq. nisi tamen in dimetiendo *φεῦ* per Synizesin perit, ut Ran. v. 141. *φεῦ, ὡς μύγα δύνασθαι παταχῆ τῶν δὲ ὀβολῶν*. Kust. ad Suid. v. *ὀβολὸς* ejiciendum censet τὸ *φεῦ*, quia Syllaba una abundat versus. sed cum & Suid. & ibi, & in *φεῦ*, & Etymolog. in *ὀβολὸς* hanc particulam retineant, non ausim eam delere, sed Synizezin potius putem, ut in illo Hom. E. II. v. 349: *ἢ ἐκ ἄλλης ὅτι γυναικῆς ἀνάγκησιν ἠπεραπίεσι*. ubi v. Eustath. p. 554. qua ratione & alio loco in II. I. ἢ ἐκ contrahuntur, de quo idem p. 772. 42. add. eund. in I. II. pag. 11. & 12. & Hephaest. Enchir. de metris p. 8. ubi & versus Homeri laudatus & alius, *βυκόλ' ἐπεὶ ἔτε κακῶ, ἔτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας*. Sed & hujus ipsius particulae *φεῦ* Synizesis apud Euripidem est frequentissima, Hec. v. 55. *φεῦ ὦ μήτηρ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων*, & aliis locis. Nec opus erat in Suida v. *φεῦ*, & Etymol. Magn. eam particulam poni in fine versus, & a sequente *ὡς* inchoare alium, quod videtur ab iis factum, qui poëtam cum ad manum non haberent, putarunt ibi metrum vitiosum esse, si eodem versu poneretur.

vi. 45. Στεμφύλις.] Atticos de oleo dicere

tradunt Thom. Mag. & Phrynich. p. 76. ubi v. Nunnes.

vf. 52. Καλιάδης.] vid. Suid. h. v. add. etiam Steph. de Urb. ibique Holsten. rursum Suid. Καλία. ἐπιθαλασσία (melius ἐπιθαλάσσιον) ἄκρα τ' Ἀττικῆς, ἀπὸ τῆς κόλης ἀνομασμένη; vitiosa esse puto, neque enim a quoquam καλίαν dici, sed καλιάδα, eamque vocem, ut & κῶλον, per ω scribi invenio. Hesychnus ibi etiam Cereris templum, multas columnas habens, esse tradit.

Ibid. Γενετυλλίδης.] Pausan. Attic. c. 1. ἀπέχει δὲ (τῆς Φαλῆρας) σταδίους ἑκοσὶν ἄκρα Καλιᾶς. Καλιάδης δὲ ἴσιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἀγαλμα, καὶ Γενετυλλίδης ἀνομαζομένηται θεῶν. v. Suidam, & Hesychnium. Lucianus Pseudolog. pag. 438. ἐπέ μοι πρὸς Πανδήμω, καὶ Γενετυλλίδῃ, καὶ Κυθήνης. notat Graev. in MS. esse Γενετυλλίδων. sed tamen h. l. in singulari quoque legi. Et ita etiam apud Suidam legitur, & apud Hesychnium; etsi apud hunc corrupte Γενετυλλίς. Interpr. & Venerem ἔσ' ἑνὸς γένους. forte rectius Genetyllidem.

vf. 70. ἔστι δ' ἔχων.] Quod Schol. ait, ἕως λίγεται τὸ κροκατὸν ἰμάτιον, δ' οἱ ἥλιοχοι φοροῦσι μέχρι οὖν πομπέοντες, Casaub. ad Theophr. Charact. p. 331. refert ad transvectionem equitum Athenis, de quibus Schol. alibi, ἐν πορφύροις καὶ ποικίλοις ἰματίοις ἐπόμπουσι. Sane Suidas & Harpocrat. v. ἕως, dicunt ἰππικὸν esse ἔνδυμα τῆν ἕωςίδα: ita enim Harpocrat. Suidas ἕωςίδα, ut Schol. Sed tamen non credo de transvectione equitum hic sentire Schol. neque enim ἥλιοχοι sunt equites, sed, qui currus agunt, quod forte accipiendum de his, qui victores ludorum sacrorum in patriam reversi per Urbem ἐπόμπουσι. Sane priorem notam de his accipiendam, apparet ex verbis οἱ εἰσελαύνοντες ἀθληταί. nam εἰσελαύνειν de his proprie dicitur, qui victores eorum ludorum in patriam revertebantur, sive athletae, sive ἥλιοχοι, id est, qui quadrigis vel bigis vicerant. Interpr. Suidae verba illa, δ' οἱ ἥλιοχοι φοροῦσι πομπέοντες, quod aurigae gestant in pompa Circensi. nec multum refragor, si quis ita intelligat: nam Schol. Theocr. in Id. II. 74. ἕωςίς (ita enim ibi legitur) περιβόλαιον λεπτὸν, ὃ χρῶνται καὶ οἱ ἀρμηλάται. Sed priorem notam plane accipiendam puto de victoribus certaminum, cum praesertim Megaclem, cujus in hoc versu fit mentio, ter vicisse Olympia ad v. 74. prodāt Schol. ἕωςίδῃ porro variis hominibus erat usus. v. Ruben. de Re Vest. p. 119.

vf. 72. Διφθῆραν.] Vid. Casaubon. ad Theophr. Character. p. 147. Victor. ad Varron. de R. R. pag. 58. Suidas. διφθῆρα. ποιμενικὸν περιβόλαιον ἐν θέρματων, quod e Scholiaste sumtum videtur.

vf. 74. ἰππερον.] Vid. Suid. Hesychn. ἰππερον, ἰππικῆς ἔρωτα. pro κατέχει, leg. κατέχειν, ut fiet versus.

vf. 103. Ἀνυποδίτης.] Hoc Philosophorum erat, praesertim, qui austeriorem quamdam ἀσκησιν profitebantur. vid. Salmaf. ad Tertull. Pall. p. 417. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. vf. 125. meminit etiam Brod. 5. Misc. 18.

vf. 109. Φασιανῆς.] Quod ad significationem vocis Φασιανῆς attinet, puto recte sentire Athenaeum, l. 9. c. 9. cum de avibus, non equis, accipiendum ait. Ineptum enim videtur, si suadenti vel roganti, ut ab aliquo studio desistas, respondeas, te id non facturum, etsi tibi dentur multa egregia ad id studium pertinentia, ut si hortanti, ut libros negligas, dicas te non facturum, etsi praestantissimos tibi libros dederit. Schol. ait, si equi intelligantur, convenire id studio & instituto adolescentis. sed non tam stolidum inducit eum poeta, ut ita inepte responderet. Thom. Mag. de equis accipit.

vf. 113. Τὸν κρείττονα καὶ τὸν ἥτιονα.] Hoc quid sit explicat optime Gell. 5. 3. de Protagora. Pecuniam ingentem cum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quam verborum industria causa infirmior fieret fortior, quam rem Graece ita dicebat, τὸν ἥτιον λόγον κρείττον ποιῶν. add. Laërt. in Socr. 20. Aelian. 2. V. H. 13.

vf. 130. Σκινδαλμῆς.] Metrum videtur poscere, ut legatur σκινδαλμῆς, quemadmodum apud Suidam legitur, item apud Schol. Luciani ad Differt. cum Hesiod. p. 488. ubi h. l. laudat. & apud Lucian. l. d. Hesychn. σκινδαλμῆς, σκόλοψ. τινὲς δὲ διὰ τῆς σχ σκινδαλμῆς (leg. σκινδαλμῆς) ἄλλοι σκινδαλμῆς. errat Soping. qui putat leg. σκινδαλμῆς. apud Suid. ἡ ἐπιξεργασία τῶν ἀκριβῶν. † Σκινδαλμῆς. puto haec conjunctim legenda, ut apud Schol. Interpr. vertit curiosa circa res leves diligentia. non video, quomodo ἐπιξεργασία hoc notare possit. est enim figura rhetoricum, quam consummationem, expolitionem, cumulum quendam ex abundantia dicere possis. videtur esse sententia Schol. & Suidae, poetam uti voce σκινδαλμῆς, tanquam explanatione quadam & expositione verborum λόγον ἀκριβῶν, quae vocem σκινδαλμῆς praecedant. apud Schol. Lucian. l. d. legitur ἡ ἐπιξεργασία, pro ἡ, ut videtur.

vf. 136. Ἀπεριμερίμωτος.] Steph. Sched. 5. c. 27. vocem a poeta fictam esse ait, ut alluderet ad vocem μεριμνοφροντισαί, itidem a se fictam: exponi autem debere, non ut Schol. ἀμαθῆς, sed ἀνοητῆς, ἀπερισκέπτῆς. Th. Mag. p. 25. ἀσκόπως.

vf. 144. Χαίρε Φάνη.] De oraculo Chaerephonti dato vide etiam Laërt. 2. 37. ubi ἀπάντων pro δι' πάντων, ut & ap. Justin. Mart. cujus locum ibi laudat Menagius. Schol. Lucian. Hermotim. p. 515. ἀπάντων πάντων Σωκράτης σοφώτερος. meminit iterum Lucian. Rhetor. praecipit. p. 316. Saltat. p. 795. Amorib. Mm mm mm m 3 p. 908.

p. 908. ubi etiam ἀπάντων.

vf. 178. Διαθήτην.] Suidas fere eadem, quae Schol. solebant autem Geometrae in abaco pulvere consperso lineas describere. vid. Brod. I. Miscell. I. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 469.

vf. 186. Τοῖς Λακωνικοῖς.] Hoc possessivum est, ut Steph. Λακιδάμων, nec video qua ratione Lacedaemonii Λακωνικοὶ dici possint. forte, τῆς Λακωνικῆς, quam tenebant Lacedaemonii, quae eorum terrae annumerabatur. Sed Suidas in ἰοίκασι vulgatum servat.

vf. 203. Κληροκλήνη.] De κληροκλήναις vide quae habent Harpocr. & Suid. Locus Demosthenis laudatus apud Suidam, & expositio σόματα, quam addert Kusterus, est Valefii ad Harpocr. quid sit γῆ τελευσα apud Schol. non scio. quod κληροκλήνης γεωργός exponit, est etiam apud Suid. & Hesych. hic κληροκλήνη γῆ est heredium rusticum. vid. Spanhem. ad Callim. H. in Delum. v. 281. & ad Julian. p. 187.

vf. 235. Τί φῆς.] Haec non pertinent ad hunc versum: ne is abundet integro pede.

vf. 247. Νόμισμα.] Hoc loco esse νόμισμον ἔθῃ, existimat Leopard. 17. Emend. 15. sed haec sunt obscura. Suid. in v. 246. agnoscit ἄμῃ in voce ea, sed ἄμῃ Atticum est. vid. Schol. ad Plut. v. 40.

vf. 259. Κρόταλον.] Schol. κυρίας ὁ σχιζόμενος κάλαμος κ. τ. λ. Intelligit opinor, calamum fissum ad fistulam faciendam. Theocrit. 8. Id. 23. ἐστὶ καὶ τὸν δάκτυλον ἀλγῶν Τέτον, ἐπεὶ κάλαμος μετὰ σχιζομένης διέτμαζεν. v. Heins. c. 15. Lect. Theocr. Verba Schol. leguntur itidem apud Suidam v. κρόταλον. Παιπαλόν, idem exponit τραχὺς, δυσκατάληπτόν, acer, invidiosus dicendo. Hunc autem versum laudat Eustath. p. 786. 2. eund. & seq. p. 1381. 48. seqq.

vf. 266. Πτύξωμαι κ. τ. λ.] Apud Suid. hac voce non recte in hoc versu legitur κατατραχῶ. notat Thom. Mag. veteres simplex βρέχων de pluvia non dixisse, sed in compositis a perfecto passivo, & omnibus temporibus inde formati, etiam de pluvia dici. Salmas. ad Pall. Tertull. p. 400. laudans h. l. observat, Cynicos semper duplicatum gestasse pallium, ceteros per pluviam ejus arcedandae causa.

vf. 286. Μαρμαραῖσιν ἐν αὐγαῖς.] Laudat Suid. in μαρμαραῖσιν, sed omisso τῶ ἐν. Interpretes non notarunt. Exponit autem λαμπραῖς, & addit, μαρμαραῖσιν ἢ τὸ λάμπειν καὶ καταυγάζειν. Similiter usus est τῶ ἐν Plut. v. 765. ἀναδῆσαι βέλομαι σ' ἐν κριεανωτῶν ὀρμηδῶν.

vf. 305. Ὑψιφεῖς.] Leg. ὑψιφεῖς, quemadmodum apud Homer. pluribus locis: vel potius ὑψιφεῖς, ab ἕψω, tegeo, quod & magis videtur probare Eustathius, qui scripturae prioris per nusquam meminit.

vf. 370. Αἰθρίας.] Scilicet ὕψους, quod interponit Suidas in ἀποδημῶν, locum e memoria laudans, ut videtur. sic Plut. v. 1130. ἀσκαλιάζ' ἐν ταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν.

vf. 381. Ἄταρ ἔδειπῶ.] Secundus pes videtur esse Iambus, qui in hunc versum non ingreditur. forte ἔδῃ πῶ. nihil dum.

vf. 420. Οὐμῶς ἐπιδείπνῃ.] Suid. λάχανα μόνον τραγέσσης εἰτελέῃ. vide Salmas. ad Solin. p. 907. b. c. Eustath. in Od. P. 1828. 12. Συμφορεῖ δὲ ἐπιτελέως διαπύων, ὡς δὲ μὲν οἱ ἀρκείδῃ. Προσέμῃ, ὁ τρύων, ἦτοι κακοπαθῶν περὶ τὸν βίον.

vf. 484. Ἐἰ μὲν γ' ὀφείλεται μοι μνήμων πᾶν.] Deest syllaba. forte ὀφείλεται τι μοι.

vf. 534. Νῦν ἐν Ἠλέκτρῳ καὶ ἐκείνῃ.] Haec mihi non satis liquent. Schol. expositio obscura est. Puto hanc esse sententiam. Nunc igitur, quemadmodum Electra agnovit fratrem e capillo, sic haec comœdia prodit, visura, an inveniat spectatores, qui sint quasi fratres priorum, id est, ita peritos, aequos, ut olim Daetalenses: cognoscat enim eosdem esse, si viderit atque intellexerit, eodem modo se probari laudarique ab illis, quae laus σύμβολον erit, unde cognoscat, hos spectatores esse fratres priorum, id est, aequae peritos, justos, quemadmodum capillus σύμβολον erat Electrae Orestis fratris.

vf. 547. Σοφίζομαι, ἔδῃ ἀλλήλαισιν ὁμοίας.] Accusativi illi possunt commode pendere a praecedenti ἐσοφῆρα. tamen magis placet tolli distinctionem post σοφίζομαι, σοφίζομαι τι est acute, sapienter dicere, facere, cogitare.

575. Προσέχετε.] Non dubito, quin legendum sit πρόσχετε. Nam tribrachys in hoc genere carminis septima sede locum habere non potest. Schol. ad v. 563. e Pherecrate, Ἄνδρες πρόσχετε τὸν νῦν. Idem peccatum Equit. v. 501.

vf. 584. Ἐξέλιπε.] Quarta sede est Pyrrichius, qui locum in hoc carmine non habet. leg. cum Schol. ἐξέλιπε. nam Iambum quartus locus peculiari ratione recipit, ut Schol. ad v. 518. & sunt aliquot exempla in illa παραβόσει.

vf. 592. Φιμῶσθε τάτις.] Suid. in ἐμπηδῆσαι h. l. laudat, qui, ut notat Kusterus, nihil facit ad eam vocem. videntur apud Suidam quaedam excidisse, vel incuria librariorum non suo loco posita. nam Φιμῶσαι pertinebat ad vocem ἐμπηδῆσαι, ligare, compedibus vincire.

vf. 600. Λυδῶν κόρυς.] Ephesus olim Lydiae erat, ut notat Schol. ita Herodotus l. I. & ex eo Stephanus v. Ἐφεσόν, vid. Rutgers. 2. Var. Lect. I.

vf. 603. Παρνασίαν θ' ὅς κατέχων πέτραν.] Parnassi alterum jugum Apollini & Musis, alterum Baccho sacrum erat. vid. Barnes. ad Euripidem, Bacch. v. 307. 408. 559. Ion. v. 552. Herc. Fur. v. 790. pro σελαιγί autem forte legendum σελαιγίς. nam cum prio-

priora sint posita in vocativo, hic nominativus pro vocativo Attice ponitur, quae constructio magis requirit *σελαγείας*.

vf. 614. Πρίω.] Acharnensium proprium esse pro *πρίασο*, scribit Schol. Acharn. v. 35.

vf. 616. Κυδοιδοτῶν.] Etiam apud Suidam est haec vox, qui suam notam e Schol. transcripsit. sed quod habet Schol. γίνεται δὲ ἐξ ἑκατέρω, (vocem hanc posse deduci vel a *κυκῶν*, atque ita videri leg. *κυκοιδοτῶν*, vel a *κυδοιμῆς*, unde fiat *κυδοιδοτῶν*) hoc apud Suidam legitur τῶς δὲ ἐξ ἑκατέρω τὸ πρῶτον. quod quid sit, ego non intelligo. Interpres etiam dissimulavit, nec in versione expressit. Sed & versio hujus versus mihi non satis probatur: nam ita vertit: *nihil recte facere dicit cet.* at haec non est sententia poetarum, qui finem praecedentis versus jungit cum principio hujus, *καὶ ἄγειν (ἡμέρας) τῶς ἡμέρας ἔδιν ὀρθῶς*, id est, *non recte servare menses lunae*, ut Schol. ut suo die sacris ac festis deos colatis scilicet. Apud Suidam autem forte ita leg. τῶς ἐξ ἑκατέρω (sc. τῶ σοιχίω) τὸ ταράττειν. *Sunt qui dicant hoc verbum utraque litera (vel utracumque litera) scribas, notare ταράττειν.* De perturbatione anni apud Athenienses habet quaedam Scalig. de Em. Tempor. l. 2. p. 72. & 82. ubi & h. l. laudat.

vf. 624. Ἱερομνημονίην.] Maximam partem hujus notae transcripsit Suidas in suum lexicon v. *πυλαγόραι*, quod non notavit Kufferus. est autem in Suida aliquid scriptum, quod plane falsum est. *κατὰ πόλιν δὲ ἑπεμύων Ἀθηναῖοι τῶς θύσσοντας ἡσυνεθρεύσσοντας.* Int. *Athenienses ex singulis urbibus quosdam eo mittebant.* hoc dico falsum esse. non enim Athenienses id faciebant, sed Graeci omnes, vel potius singulae urbes, quae participes erant consilii illius. v. Harpocrat. in *Ἱερομνημονίαις* & *πυλαγόραις*, Etymol. M. in *πυλαγόραις*, & ipse Suid. v. *Ἱερομνημονίαις*. itaque non dubium est, quin vox Ἀθηναῖοι, five ea a Suida ipso sit profecta, five ab imperito quodam intrusa, delenda sit.

vf. 655. Ἀγρεῖν.] Suidas v. *ἀγρεῖν*, laudat *ἀγρεῖν*, quod non displicet Interpreti.

vf. 717. Φρέδη δ' ἢ ψυχῆ, Φρέδη δ' ἢ μῦθου.] Metrum turbatum est. nam est simile praecedentibus a vers. *καὶ τῶς πλευρῆς δαρδῶπις*. itaque videntur ejiciendae haec duae voces post principium *Φρέδη*, δ' ἢ, ut totus versus sita legatur, *Φρέδη ψυχῆ, Φρέδη δ' ἢ μῦθου*.

vf. 761. Μηλολόβην.] Laudant hunc versum Pollux l. 9. c. 7. n. 124. Suid. hac v. uterque genus ludicri exponit. *μηλολόβην* etiam ap. Poll. legitur, quod non probat Schol. v. Interpr. Poll.

vf. 774. Ὅπως ἀποσρέψαις.] Hunc & seq. versum non intelligo. obscurum enim est & quid sit

ἀντιδικῶν, & *μὴ παρόντων μαρτύρων*. sed & ὀφείων simpliciter positum pro *damnari*, nusquam alibi inveni; verum semper cum adjuncto *δικῶν*, vel alio. unde fere suspicabar, haec conjungenda *δικῶν μάρτυρων ὀφείσθαι*. Suid. *ὀφείσθαι, καταδικασθῆναι*.

vf. 777. Ἐὶ πρόθεν ἐτι μῖσος ἐνεώσης δικῆς.] Interpr. *si instante adhuc actione una cet. putabam conjungenda πρόθεν πρὶν τῶν ἐμῶν καλείων δικῶν*, quia Lexica e Xenophonte laudant, *πρόθεν πρὶν αὐτῶν, priusquam*. sed Constant in *μῖσος*, & πρόθεν, conjungit πρόθεν ἐτι μῖσος, sc. *ἡμέρας, ἐνεώσας*, vel *ἐνεσηκῶσα δικῆ* est *lis contestata, constituta*. vid. Bud. Comm. L. Gr. p. 106. ita sententia erit, *si pridie, quam contestata, constituta fuerit lis, pridie, quam* *judicium constituatur*.

vf. 831. Ὡστ' ἀνδράσι πείθειν χολῶσιν.] Leg. *ἀνδράσιν, χολῶν*, ἐπὶ *μανίας* accipi, notat Th. Mag. h. v. & Schol. supr. ad Plut. v. 12. quod autem *πείθειν* accipitur pro *πείθειν*, nescio quomodo explicari possit. apud Suid. in *χολῶσιν* est *πείθειν*. forte leg. *πείθειν*, ex perpetua fere consuetudine Aristophanis, qui secundas illas personas in se format, non *η*, quod Schol. ad Plut. v. 40. Attice fieri docet.

vf. 852. Ἀλλ' ὅτι μάθοιμι ἐκείσε.] Vox ὅτι distinguenda est, ὅ, τι.

vf. 860. Ἐξέτλ.] Pro *ἐξέτλ*, Attice. Suid. h. v. e quo etiam apparet leg. *πείθειν*. nam *πείθειν*, quod nunc legitur, respicit metrum.

vf. 861. Ὁσολὸν Ἡλιασικῶν.] Schol. *Ἡλιασικῶν, ἀντι τῶ ἐκκλησιασικῶν*. hoc non possum probare. erat enim aliud *ἡλιαία*, aliud *ἐκκλησία*, aliud *βελῆ*, ut Hesych. v. *ἡλιαία*. puto leg. *δικασικῶν, ἡλιασῆς*, id est, *judices*, qui in *ἡλιαία* judicabant, mercedem iudicii accipiebant triobolum, ut Suid. *ἡλιασῆς*. nec repugnat, quod Comicus ait, *ὄσολον, non τριόβολον*. neque enim ea merces fixa & semper eadem erat, ut docet Schol. in verbis, quae sequuntur. *ἔχ' ἵστατο δὲ τὸ δικασικῶν ὁ μισθός*. & Hesych. *δικασικῶν, Ἀριστοφάνης ἐν ἀραις, τριόβολόν φησιν εἶναι. ἢ μὲντοι ἔσηκεν, ἀλλ' ἄλλοτε ἀλλως ἐδίδδοτο*. rationem nominis *ἡλιαία* eandem, quam hic, pluribus locis, iisdemque verbis, tradit Schol. quae annotavit ad Suid. v. *ἡλιασῆς* &c. Kufferus: hunc tamen praetermisit.

vf. 873. Κλήσιν.] Etiam Suid. v. *ἀναπιστηρίαν*, exponit *μεστουρίαν*, & vertit Int. *testium advocacionem*. mihi placet versio Frischlini, *adversarium citare*. Harpocrat. *κλήσις, ἢ πρόκλησις, τῶντις παραγγελία εἰς κρίσιν*. add. eund. v. *πρόκλησις*.

vf. 907. Ρόδα, μ' εἰρηκίς.] Proverbium est ad eos, qui dicunt, quae grata sunt. v. Suid. *ρόδον*. Vernilitatem hanc improborum, qui quasi convitiis gaudere videntur, expressit etiam Plautus Pseudolo, & alibi. v. Lips. Epist. Quaeft. 3. 17. ubi etiam h. l. laudat.

vf.

vf. 935. Κρίαις Φοιτᾶ.] In notulis scribitur e Scalig. errorem vetustum esse, & leg. Φοιτᾶ. existimasse videtur, eam vocem pertinere ad chorum, ut is dicat, se cognita causa iturum. Sed nihil obstat, quo minus referatur ad adolescentem, de quo erudiendo illi contendebant, ut is dicatur debere eligere, causa cognita, utri se in disciplinam velit tradere.

vf. 960. Παιδὸς γρήξαντ' ἀκῶσαι.] Int. puero auscultare loquenti. nescio quam bene. hoc dicit Comicus, nemo audiebat vocem pueri biscentis, in via nempe adeo modeste incedebant pueri, ut nullus eorum clamor nec strepitus audiretur. videtur autem observandus usus vocis δῆ hac significatione.

vf. 983. Ἐπτετυλχθᾶι.] De duplicatione pallii, quam philosophi, praecipue Cynici sub id tempus induxerant, accipit Salmaf. ad Tertull. Pall. p. 399.

vf. 985. Τὴν ἀσπίδα τ' καλῆς προέχων.] Hoc difficile est. Schol. ait notandam esse Syntaxin, quod cum plurale antecesserit, sequatur singulare. adde, quod pluralem accusativum sequatur nominativus singularis; praecesserat enim αὐτῆς: ita, ἔταν δὲ οὐ ὀρχεῖσθ' αὐτὸς προέχων. itaque anomalia non solum est in numero, sed etiam in casu. Bifetus existimat leg. προέχων, ut suppleatur ὄρᾳ, vel ut pendeat a διδάσκεις, quod praecessit tertio ab hoc versu. posset etiam videri προέχων corruptum ex προέχου, praetendunt, obtendunt. τὴν καλὴν Schol. ad vers. praeced. & Bifet. accipiunt pudenda, Lex. Const. hac v. & προέχων, pedem. & sic quoque Schol. ad h. v. ait enim ἐμπροσθεν τ' ποδῶν. in notulis Scal. scribitur in Vet. esse προέχου σ'. hoc quidem conjecturam de προέχου σ' confirmat. sed quid faciemus τῷ ἀμελίῳ? scriptum est ibid. ut & ap. Schol. in aliis esse ἀμελίῳ τ' Τριτογενεῖς. equidem sive ἀμελίῳ, sive ἀμελίῳ, legas, locus obscuritate non caret. nam quam significationem possit habere τὸ ἀμελίῳ exputare non possum. ἀμελίῳ autem ne quidem apud ullum lexicographorum reperio. posset forte non absurde dici, leg. esse ἀμελίῳ per Apostrophum, ut sit dativus ab ἀμελίῳ, nam poetæ etiam seq. consonante apostrophum admittunt. vid. in Porti Lex. Dorico v. ἀν. qua ratione bene constabit sententia, προέχου τὴν ἀσπίδα τ' καλῆς ἀμελίῳ Τριτογενεῖς. sed apud Aristophanem nondum hoc inveni, & est alioquin satis durum. itaque forte verius est, retinendum προέχων, quod Schol. agnoscit, & pro ἀμελίῳ legendum ἀμελίῳ. προέχων τὴν ἀσπίδα ἀμελίῳ. pro προέχοντες ἀμελίῳ. Sane etiam Steph. & Constantinus videntur ita legisse, qui in ἀμελίῳ (ex Aristophanis Nubib. H. Steph. nam Const. hoc non addit) laudant, dici etiam eam vocem cum participio, ut ἀμελίῳ προέχων. In quo etsi falli eos puto, quod

ἀμελίῳ jungerunt cum προέχων, quod cum Τριτογενεῖς jungendum ipsa sententia ostendit, tamen apparet, quomodo h. l. legendum existimaverint.

vf. 1064. Ἰθρίσῃς.] Quam sententiam hic habeat, non satis adsequor. forte dicitur ita qui in Venerem pronus ac promptus est, quemadmodum interdum ea vox de eo, qui vitium offert foeminis, sumitur. & ita accipiendam videntur suadere seqq. nec dissentit Heinf. Introd. in Hesiod. c. 6. ait enim Ἰθρίσῃν h. l. dici maritum, qui saepius una nocte flagitat ab uxore τὴν χάριν Ἰθρίσῃν porro ἀκόλαστον, & Ἰθρίν, ἀκολασίαν esse, auctoritatibus docet. In v. seq. pro ἐράμιασιν legendum est ἐράμιασιν.

vf. 1072. Τί, κατελίφθῃς.] Non stat versus. nam sextus pes Iambus est. forte τί; κ' αὐτ' ἐλίφθῃς quid? deinde deprehensus es.

vf. 1079. Ἦν ῥα φανιδῶθ'.] De hoc supplicio v. Suid. v. ῥαφαι, (qui Schol. verba refert; sed pro ἀπίπασον habet ἐπίπασον, rectius.) Scip. Gentil. ad Apul. Apolog. p. 739. Lucian. de Morte Peregr. p. 566. ibique Interpr. & Kusterus ad Suidam. Faber monet ad Lucian. l. d. corruptum esse locum, eo quod syllaba abundet. hoc vitium ille tollit, pro πειθόμεν' legens πειθόμεν'. Sed non valde placet: nimis enim recedit a πειθόμεν'. Kusterus ad Suidam l. d. non monet corruptum esse, sed omittere γε, quod magis probo. quod autem ibid. in loco Lucian. μοιχεύων ἄλλῃ, vertit, convictus adulterii, cur faciat, causam non video. nam convictus ambiguus est, & significat etiam sententiam judicis, quam hic non intervenisse apparet. deprehensus, quod interpres Luciani habet, satis rectum est. & sic Aristoph. paulo antea, & alii; etsi saepe ea vox convictum damnatumque in judicio notat. Constant. v. τίδῳ, omitterit σοι.

vf. 1106. Στοιμάσεις.] Suid. v. σεμῶσης legit σεμῶσης, non σεμᾶσεις. sed vulgatum idem retinet in οἶα. ἐπὶ μὲν δᾶτερα οἶαν δικίδις, τὴν δ' ἐτίραν &c. qua ratione cohaereat oratio non assequor. videtur autem esse elliptica, quae ita suppleri queat, ἐπὶ μὲν δᾶτερα σεμῶσον τὴν γνάθον οἶαν δικίδις, id est, ab altera parte, seu alteram buccam acue ad lenticulas: cumque rursus inferendum esset ἐπὶ δᾶτερα δὲ, pro eo dixit, τὴν ἐτίραν δ' αὐτῆ γνάθον. add. Schol. οἶαν Suid. eodem modo exponit, quo Schol. δουρῶν τῷ ἴμοπερον λέγειν δίκας.

vf. 1146. Ἐπιθαυιάζων.] apud Suid. h. v. pro χρῆ τ' legitur δῆ τ'. sed Eustath. in Il. M. p. 912. 67. χρῆ agnoscit. Suidas exponit δᾶρις τιμῶν. Eustath. l. d. ait μισθὸν omnem vilem & illiberalem habitum a priscis: & hinc Athenienses θαυμάζων dixisse pro μισθὸν δίδουσι. sed pro

fuerit filius, frustra ergo fleverò, qui tot a te plagas acceperim, nec rursus vel tibi, vel filio, quem non habebò, imponere possim. tu autem ridens me morieris, quod impune me toties verberaveris, quodque ego plagas rursus infligere

filio meo non possim. Interpres etiam Luciani l. d. eam vocem male vertit, quem recte reprehendit Faber. Suidas, *εγγχωναν, καταγελάσας*, laudans hunc locum: ubi Kufferus ita vertit, ut supra scripsi.

NOTAE IN RANAS.

vf. 78. Οὐ, πρὶν γ' ἂν ἴσῳντ' ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον Ἀπό Σοφοκλέους, ὃ, τι ποιῶ, κωιδωνίσα.] Sensum hunc esse puto, ut Bacchus dicat, se non posse educere Sophoclem ab inferis, priusquam seorsim seductum interroget sine Sophocle Iophonata atque ab eo exquirat, cujusmodi sint ea dramata, quae faciat vel scribat; utrum ipsius sint Iophonontis, an Sophoclis, quod vulgo ferebatur. (ποιῶ enim est *facere, scribere fabulas, ut saepe alibi.*) nam si Iophon dicat, suas esse fabulas illas, atque a se scribi, deliberare poterat Bacchus de adducendo ab inferis Sophocle, ut praestantiore Iophonte ipso; sin fateretur patris esse, nihil erat, cur Sophoclem adduceret, cujus dramata filius adhuc ederet mortuo patre. Petitus ad LL. Attic. p. 70. corrigit ἄ νυι, Σοφοκλέος ὃ, τι ποιῶ, hac sententia, prius Iophon mihi solus est conveniendus, & explorandum, quid annuat: neque enim Sophocles ipse sine filii auctoritate, qui in eo tanquam desipiente, ejusque bonis, potestatem habebat, poterat polliceri quidquam. Σοφοκλέος ὃ, τι ποιῶ, ait, videri prima fronte idem esse, ac quid de Sophocle faceret, sed tamen alludi iis verbis ad id, quod Iophonti objiciebatur, nempe eum paterna dramata pro suis edere; adeoque ea ita esse accipienda, quid faciat eorum, quae sunt Sophoclis. Haec mihi non probantur: expositio enim violenta est, & veritati rei repugnat. Sophocles enim etsi a filio *παρνοίας* accusatus fuerit, tamen a iudicibus absolutus fuit, & filius ipsius reprehensus, ut paulo ante narrat Schol. & Auctor vitae Sophoclis. Adde, quod τὸ Σοφοκλέος ὃ, τι ποιῶ vix Graece videtur dici, pro, *quid de Sophocle faceret, vel statueret*: erat enim dicendum, ἢ Σοφοκλέα.

vf. 91. Εἰς πῶν πλὴν ἢ σιδῶν λαλίερα.] Eustath. in Il. p. 1226. 15. laudans hunc locum, ait, ex his, quae augendi vim habent, alia esse communia, alia joci & elegantiae causa a poetis adhibita, ut cum poeta h. l. dicit cet. & Alexis, alium *κρεῖττονα* esse a tero *ἡμέρας δρέμα*, quae a locis contra naturam translata sunt. add. Casaub. ad Athen. p. 63. & 800. Etiam Suidas descripsit hunc locum in πλὴν, sed corrupte. vid. Kuff.

vf. 93. Χελιδὼν μουσική.] Vid. Suid. Eustath. ad Od. Φ. p. 1914. 36. *καλυψα ἀκαλλίς (ἢ χελιδὼν) κατὰ τὸ μῦθον ὡς οἶα θράσσα. διὰ τὴν ἰσχυρίαν, ὡς ἐκεῖν ψέγει, ὡς τὰς μύσας ἀφανίζοντας, χελιδὼν μουσική καλλι, ὃ ἐστὶν ὑπερβαρβάρως χελιδὼν δίκην* cet. Locus, qui apud Suid. sequitur, Οὐ περὶ χελιδῶν βρέμεται Ὀρηκία χελιδὼν, est ex hac ipsa fabula vf. 691. sed prave a Suida scriptus est: ita enim scriptum est, ἐφ' ἃ δὴ χελιδῶν ἀμφιλόλοισ δαῖον ἐπιόρεμεται Ὀρηκία χελιδὼν. non notavit Kufferus.

vf. 94. Ἄ φρέδα δῶττον, ἢ μόνον χέρον λάβῃ, Ἀπαξ προσερίσαντα τῇ τραγωδίᾳ.] Χέρον δίδουαι dicebantur choragi poetæ, cum ejus opera utebantur in choro instruendo, & fabula docenda; λαμβάνειν poetæ, qui eas partes suscipiebant. Jam vero mali poetæ non facile suorum dramatum emtores inveniebant, cum choragi, paulo gloriae cupidiores, nullis sumtibus parcerent, ut possent quam optimi poetæ fabulam producere. hoc est, quod hic dicit Aristophanes; malos tragicos incredibili gaudio efferri, si semel operam suam ad scenam locaverint, & fiat illis potestas unam aliquam tragoediam producendi in theatrum. Itaque recte Schol. hic exponit φρέδα, ἀφανῆ ὑπὸ τῆς χαρᾶς: quasi dicas, prae gaudio eos nescire ubi sint, evanescere. At χέρον λαμβάνειν quid esset, non intellexit, cum exponit, si semel spectatores habuerint applaudentes dramatibus eorum. Ita fere hunc locum explicat Casaub. in Athen. l. 14. c. 9. p. 907. Et sane χέρον λαμβάνειν esse, quod vult Casaub. patet etiam ex iis, quae congestit Steph. in Thes. v. χέρος, & Suid. v. χέρον δίδουαι. sed tamen sententia obscura est: nam quid est χέρον προσερίσαντα τῇ τραγωδίᾳ. λαμβάνειν χέρον est accipere potestatem docendae fabulae; προσερίειν autem de vento secundo dicitur, qui profequitur a tergo euntes. itaque χέρος προσερίσας τῇ τραγωδίᾳ, est potestas docendi dramatis, quae quasi ventus secundus adspirat ipsorum tragoediae, & quasi navim ad locum optatum, sic eam in theatrum appellit. sed hoc quid sit, non satis perspicio. In poeta malim incisum locare post ἀπαξ, quam post λάβῃ. est enim sententia, si

semel tantam potestas ipsis exhibendae fabulae concedatur. *ἄγχιον* est, *ocius*, quam *celerrime*, ut saepe alibi.

vl. 96. *Γόμοι δὲ ποιητῶν.*] *Nativum* Rutgerf. qui hunc versum & tres sequentes vertit jambis, 4. Var. Lect. 9. & *Juven. Sat. 7.* imitatum docet.

vl. 121. *Μία μὲν γὰρ ἔστιν ἀπὸ κάλων καὶ θράνης, κρεμάσαντι σαυτὸν.*] *Constant. Lex. & Steph. Thef.* in voc. *κρεμάω*, ita haec jungunt. *κρεμάσαντι σαυτὸν ἀπὸ κάλων.* si suspenderis te ex fune. puto incisum majus, vel quod dicitur semicolon, ponendum post *θράνης*, & praecedentia separanda a *κρεμάσαντι σαυτὸν*: tum quia non recte quis dicitur *κρεμάων σαυτὸν ἀπὸ θράνης*, tum, quia *Suidas* variis locis, in *πινυγῆ*, in *θράνης*, & *ἄλλως*, solum illa memorat, quae dixi separanda, id est, sine *κρεμάσαντι σαυτὸν*. ut & *Poll. lib. 10. cap. 11. n. 48. p. 1202.* Sensus erit: *primitus est a laqueo & scabello*, vel, *primam ostendit laqueus & scabellum*, si suspenderis te ipse. Apud *Suid.* autem in *θράνης*, videtur rectius scribi *θράνης καὶ θράνη*, ταπεινὰ τινα διφῆρα, pro eo, quod habet *Schol. θράνης καὶ θραντιὰ τινα*. certe *θραντιὰ* saltem mendosum est, pro *θραντιὰ*. deinde recte apud *Suid.* *θράνης* pro *θράνης* ut *Schol.* perperam. Apud *Scholiam* autem melius scribitur ἀπὸ λακτιζόντες αὐτὰ, quam λακτιζόντες, quod *Suidae* est. Ceterum *Pollux lib. 10. cap. 11. n. 48. θρανιον* hoc loco accipit pro *paxillo*, cui annexitur *restis*, ἔτι πατιάλις; de quo vide ibi *Commentar.* *θρανιον* autem apud *Suidam* scribendum esse, non *θράνιον* recte censet *Jungerm.* & ita quoque apud eundem est scribendum in *πινυγῆ*. *Schol.* recte *θράνιον*.

vl. 193. *Εἰ μὴ νεαυμάχης τὴν ἀεὶ ῥ' κρεῶν.*] *Suid.* *κρεῶς*, ἔτα καλῶσι τὸ σῶμα οἱ Ἀττικοί: & subicit hunc locum. *Schol.* *κρεῶν* exponit per *σωμάτων*, vel τῶ ἰδίοι σῶματι. Sententia poetae est haec, opinor, se non recipere *servum*, nisi qui ad *Arginus* depugnarit pugnam illam pro corpore, id est, *vita ac salute*. Valde exagitat *Scholias* expositionem *Gatak.* de *stylo Nov. Instrum. cap. 10.* atque, ineptissime eum exponere *ἀεὶ κρεῶν*, ἀεὶ σωμάτων, quasi *Charon* tricorpores quosdam *Gorgones*, vel saltem bicorpores *servos* cogitasset: sed haec vox non est captanda: neque enim si dixit *Scholias*, *servus* non pugnavit τῶν ἀεὶ σωμάτων, existimavit, *servum* plura corpora habuisse, sed ἀπλῶς dixit, quemadmodum poeta, qui hoc forte non de solo illo *servo* intelligebat, sed in univ^{er}sum *Charonem* facere dicit, se nullos recipere *servos*, nisi qui ad *Arginus* pro *vita* depugnassent: vel, si omnino de illo solo sentit, non minus commode potuit dicere de uno *κρέα* in plurativo numero, quam *lepus* unus dicitur currere τὴν ἀεὶ ῥ' κρεῶν. Deinde *Schol.* non ob aliam rationem *κρεῶν* videtur exposuisse numero plurimum, quam quia eodem usus erat

Aristoph. nam ipse mox exponit ἀεὶ τῶ ἰδίοι σῶματι, quibus verbis quid intelligat inferius quoque satis declarat, cum ait, *Athenienses* ἐπὶ ἀεὶ τῶ ἰδίοι γενομένους ἐπὶ ῥ' ψυχῆς ἠγωνιάζω. Argutatur valde *Gatakerus* in hac *Scholias* sententia refellenda, quam si simpliciter accipias, nihil habet absurdi. pone, *κρέα* non significare corpus, quid tum? ideo non potest dici aliquis pugnare ἀεὶ τῶ σῶματι, vel, quod idem est, ἀεὶ ῥ' ψυχῆς. quo utroque etiam *Schol.* utitur? aut, cum quis dicitur pugnasse ἀεὶ ῥ' κρεῶν, an non idem etiam recte poterit dici pugnasse ἀεὶ τῶ σῶματι? quid est ergo, cum in noto proverbio *lepus* dicitur currere τὴν ἀεὶ κρεῶν, aut cur hoc ad verbum exponemus, pro *carnibus* (metuens scilicet, ne in pulpamentum incidant) magis quam pro *corpore*, ac *vita*, quae sententia in iis verbis inest? Et diserte *Proverbiorum* Auctores & *Suidas* tradunt, id proverbium dici de iis, qui διακονοῦσι ταῖς ψυχαῖς, καὶ ἀπὸ τῶτο καρτερῶς ἠγωνιάζουσι: ad quod proverbium respexisse *Poëtam* ego cum *Erasmio* & *Schotto* ad *Zenob. 41. 85.* opinor *Conjectura* *Gatakeri* explicantis, haec dici κατ' ἀπροσδοκῆτον, ut, cum quis putaret *poëtam* dicturum νεαυμάχης ἀεὶ ῥ' ψυχῆς, vel πατιάλι, is praeter opinionem dixerit, τὴν ἀεὶ ῥ' κρεῶν, respiciens *indolem* *servorum*, quibus *cibus* & *carnes* ipsa *vita* est, satis est ingeniosa: sed mihi non videtur causa, cur recedamus ab interpretatione *Scholias*, in qua ego nihil magnopere quod me offendat invenio. Potest autem ita etiam exponi sententia, ut dicat *Charon*, se non recepturum *servum*, nisi interfuerit illi *praelio*, quod pugnatum est ad *Arginus*, non a solo *servo*, sed ab *Atheniensibus*, aliisque omnibus, qui in eorum classe erant, ἀεὶ κρεῶν, i. e. de *vita ac salute*, cum jam attriti aliquot adversis *praeliis* ante fuissent, atque ita revera ἀεὶ κρεῶν pugnant, quod indicat quoque articulus τῶν, quam expositionem etiam in fine *notae* tangit *Schol.* Ceterum *Palmerius* etiam ad hunc locum reprehendit *Schol.* atque, cur potius in ea pugna ad *Arginus* de propriis corporibus periclitati fuerint pugnantes, quam in aliis, se non videre: nam in omni *naumachia* periculum maximum de proprio corpore & *vita* pugnantibus imminebat, cet. Ego puto hoc a *Schol.* ideo dici, quia existimat *servos*, qui *patriam* vel *pecunias* non haberent, non pro his, sed tantum pro propria *vita*, eaque quam solam habebant, & amittere poterant, pugnasse: quae quidem expositio non nihil coarctior est, & melius fuisset simpliciter exponi ἀεὶ ῥ' σωμάτων, siquidem non de uno *servo*, quem secum habebat *Bacchus*, intelligit, vel ἀεὶ τῶ σῶματι ἢ ψυχῆς. *Conjectura* autem *Palmerii* de *Creonte monte*, qui in *insula Lesbo* memoratur, ad quem putat

forte hanc pugnam esse commissam, & la poëta respici, mihi videtur audacissima, & contra legem metri est, quod etiam ipse fatetur. Quidquid est, verba poëtae ita simpliciter exponi possunt, ut dicat Charon, se non recepturum servum, si non interfuisset celebri illi praelio ad Arginufas, quae pugnata est ab Atheniensibus *περί κρείων*. Schol. idem videtur sentire. Si voculam unam aut alteram interponit minus propriam, ea non captanda est, sed benigne explicanda potius, quam argutationibus indulgentiam, & conjecturis, quae saepe inanes sunt. *ἢ ἀποφ' οὐδ' ἔστιν οἷον ἰσχυρὸν ὅτι ἴσχυρ' ἔστιν*. v. 199. *Ἐἴ τις ἐπιπλεῖ, σπειοδέτω.* Interpres: Si quis praeterea velit adnavigare. Potest hoc exponi *ἐλασπιδεύς*, ἢ *τις ἐπιπλεῖ τοῖς ἐπέκλινα*. Sed mihi videtur verosimilius scribendum *ἢ τις ἔτι πλεῖ*. Si quis insuper vult trajicere: ut referat morem nautarum, qui soluturi solent inclamare his, qui adstant, vel quos venientes vident, si quis forte eorum una ascendere velit: nam & alia in hac scena tribuuntur Charoni ex more nautarum. vid. Schol. ad v. 188. 191.

v. 218. *Ἐν Λιμναίῳ.* De hoc loco vid. etiam Stephan. & ibi Comment. Harpocrat. v. *ἐν Λιμναίῳ*. Hesyeh. v. *Λιμναίῳ*, qui Lenaea ibi aëta tradit. Gronovius ad Harpocrat. acerrime invehitur in Blancardum, quod apud Harpocrat. ediderit *ἐν Λιμναίῳ Διονυσίῳ*, cum Maussaeus recte emendasset editionem Aldinam, quae itidem *Διονυσίῳ* praefert: non scio, quam recte. Secutus ille videtur cutli Aldum, tum Suidam v. *ἐν Λιμναίῳ*, qui itidem *Διονυσίῳ*, non *Διονυσίῳ* habet: & ibi etiam Kusterus id de templo Bacchi exponit. Idem Gronovius notat in MS. Harpocrat. Florent. esse *Διονυσίῳ*, idque probat. Sed mihi non improbandum videtur *Διονυσίῳ*, accusandi casu: nam credibile est, Harpocratonem respexisse ad h. l. Aristophanis, ut saepe Lexicographi illi, qui verba quaedam ex antiquis auctoribus excerpta praeponant expositionibus suis, non mutatis casibus, nec tamen id verbum, unde illi casus pendent, addunt.

v. 219. *Ὁ κρασιπλόκαμος.* Schol. *ὁ κρασιπλόκαμος ἕρως*. item Suidas: quos sequitur Coellus Rhodigin. l. 7. c. 5. Ego magis probo sententiam H. Stephani, & qui hunc exscripsit R. Constantini, atque etiam Bifeti, esse adjectivum, & jungendum cum *ἕρως*; turba, quae ebria & gravata vino comestatur & baechatur: aliter si accipias, pendebit sensus, nec erit, quo vox *κρασιπλόκαμος* referatur. Apud Suid. etiam scriptum est *κρασιπλόκαμος*; ubi de variatione scripturae nihil moneat.

v. 235. *Ἐνεκα δῶνα*, ἢ *ὑπολόριον ἔνδρον ἐν Λιμναίῳ τρίψω.* Per *δῶνα* *ὑπολόριον* intelligit, quod in cithara *μαγαδίον* dicitur, quodque chords

subjicitur, quo eae vebantur. hoc olim e calamo fiebat, deinde e ligno, vel cornu. Hesyeh. *δῶνα*, *ὑπολόριον*. *πάλα* ἢ *ταῖς λύραις κάλαμος* ἂν *ἔτι κέρα* τῷ *ὑπετίθει*, sic quoque Pollux l. 4. c. 9. n. 62. nisi quod pro *κέρων* legit *κέρων*, non recte, ut docet Scaliger ad Manil. p. 421. ed. Raphael. nam *κέρων* plur. num. in cithara dicuntur *πηχίαι*, manubria in summo: eaque emendatio Scaligeri legi debebat ad Pollucem, ubi hoc praeterierunt. *κέρων* habet etiam Eustath. in Il. Σ. p. 1165. 26. *Αἰλ. δὲ Διονύσιον* *εἰπὼν ὡς δῶνα* ἢ *τὸ λῆρον*, *ἐπὶ τῷ* ἢ *παλαίῳ ἂν τῷ κέρων* *ὑπετίθειτο κάλαμον*; & subjicit deinde locum hunc Aristophanis: Ex his verbis Eustathii, putat Scaliger l. d. *ὑπολόριον* vel *μαγαδίον* etiam dictum *λόριον*; sed eum errare putat Salmast. ad Solin. p. 502. b. d. & apud Eustath. legendum, *Αἰλ. δ. Δ. ε. ὡς δῶνα* *ὑπολόριον*, cet. quorum ea erit sententia, *Aelius Dionysius, cum dixisset, calamum esse ὑπολόριον, vel vocari ὑπολόριον, subjicit, quia olim cet.* Etiam locum Hesyehii v. *κάλαμος* emendat ibid. Salmastius. Etymol. M. corruptum in *δῶνα*, emendant Scaliger l. d. & Jungerm. ad Poll. l. d. *δῶνα*, *κάλαντοι ἀλιότικοι*, ἢ *ἀλλοι*, πρότερον ἢ *ταῖς λύραις* ἂν *κέρων* *ὑπετίθειτο καλέμας*, pro *δῶνα* legunt *λύραις*, in quo erravit ibi Sylburg, pro *ὑπετίθειτο*. Lexica laudant *δῶνα* *ὑπολόριον*, dubito an perperam. neque enim invenio hac terminatio- ne, magisque puto *ὑπολόριον* neutro genere substantive dici, ut *μαγαδίον*; quemadmodum etiam Salmastius accepisse videtur, cum in Eustathio emendat *δῶνα*, *ὑπολόριον*; idque etiam ex hoc loco videtur patere: neque enim recte vel concinne duo adjectiva jungantur uni substantivo, *δῶνα* *ὑπολόριον*, *ἔνδρον*: est autem ellipsis τῶ *ἔντα*, *ἔνεκα δῶνα*, ἢ *ἔντα ὑπολόριον*, vel *εἰς ὑπολόριον, ἔνδρον τρίψω*. Sententiam versus, quem e Sophocle paulo ante protulit Scholiastes, exponit Scaliger. eod. loco.

v. 255. *Δεινότερα δ' ἔγωγ' ἐλαύνω, εἰ Διφραγῆσομαι.* Distinctio tollenda est post *ἐλαύνω*, & collocanda post *ἔγωγε*, ut haec conjungantur *εἰ ἐλαύνω Διφραγῆσομαι*. participium pro gerundio, remigando. & ita fere verbum *Διφραγῆσομαι* solet jungi participiis.

v. 305. *Ὡσπερ Ἡγέλοχος*. Schol. *τραγωδίας ὑποκρίτης, ὅς ἐστιν ἐν τῷ Εὐριπίδῳ προσάπτῃ αὐτῷ τῷ πνεύματι ἐν τῷδε τῷ εἴρω*. *Ἐν κωμῶτων* cet. *αἰφροδίας* ὀφθῆναι *συνελόλα τῷ συναλοφῶν*. Suid. v. *Ἡγέλοχος*, eadem verba refert, nisi quod habet *ἐν τῷ Ὀρέσῃ τῷ Εὐριπίδῳ*, & post relatum versum subjicit, *γαλήνη* ἢ *τὸ πλῆρες αἰφροδίας* cet. Kusterus in notis scribit, locum corruptum esse & mutilum, ideoque se in eo vertendo sensum potius, quam verba spectasse. Vertit hoc modo: *Hic Hegelochus est in Euripidis Oreste eodem versu usus est. Propter elisam autem ultimam vocalem ite*

voce γαλήνη, visus est dixisse, γαλήν ὄρω, id est, felem video: quam ob causam Comitorum salibus adpersus est. Suum sensum expressit, non Suidae, nec Scholiastae. Quae sit horum verborum sententia, docet Schol. Euripidis Orest. vf. 279. ubi hoc legitur his verbis: κικαμύθηται ὁ σὺχος διὰ Ἡγέλορον τὸν ἰπποκρίτην. ἔφθασαί τε διελὼν τὴν συναλοφὴν, ἐπιλείψαντο τὴ πνεύματῳ, τοῖς ἀκρουμένοις τὴν γαλήν δοῦναι λέγειν, τὸ ζῆλον, ἀλλ' ἔχει τὰ γαλήνᾳ. Πολλοὶ γὰρ ἐν αὐτῷ διαπαύσαντο καμικῶν. Derisus fuit hic versus propter Hegelochum histrionem: nam cum deficiente spiritu non potuisset dividere Synaloeopham (hoc quid sit, exponet Voff. de Art. Gramm. l. 1. p. 154.) visus est auditoribus dixisse γαλήν animal, id est, felem, non γαλήνᾳ, id est, tranquillitatem. Quod Schol. Euripidis dicit, ἐπιλείψαντο τὴ πνεύματῳ, id Schol. Aristophanis & Suidae est, προσάντο αὐτῷ τὴ πνεύματῳ, id est, impedito, prohibito commutare spiritu: quemadmodum hac significatione apud Aristotelem dici προσιστῆν τὸ πνεῦμα notant Lexica. Itaque haec erit sententia verborum Scholiastae: quem (ferunt) in Euripidis Oreste agendo, impedito, commutare prohibito, vel deficiente ipsum spiritu in hoc versu, οὐ κυμάτων, cet. repente visum contrahere synaloeopham, ἀφιδιάς ὀφθῆναι συνελόντα τὴν συναλοφὴν, vel ut Euripidis Schol. ἔφθασαί τε διελὼν τὴν συναλοφὴν, non potuisse dividere synaloeopham, id est, ut Voff. l. d. videtur sentire, cum ultimam literam vocis γαλήν' debuisset conjungere voci sequenti & pronunciare γαλήν-ν' ὄρω, conjunxisse γαλήν' atque ita dedisse causam risus spectatoribus. sane in verbis Scholiastae quaedam corrupta esse, manifesto apparet ex ἀνακλύσει illo ὄς - ὀφθῆναι, pro quo mihi videtur legendum ὄν, ut subaudiatur λέγουσι, vel φασί, quemadmodum etiam apud Schol. Euripidis. Nec satis placet vox ὀφθῆναι: neque enim id tam visum, quam auditum fuit ab auditoribus. Apud Suidam autem melius puto legi οὐ τῷ ὄρω τὴν Εὐριπίδου, quam apud Schol. ἐν τῷ Εὐριπίδου.

vf. 358. Καθαρεύοι.] Sic etiam scribitur apud Gellium in praefat. & Suid. in v. Ἐξίσταται. Apud Plutarch. libello, utrum Athenienses bellicis an sapientiae studiis majorem gloriam sint consecuti Tom. II. p. 348. D. καθαρεύει. Et sane non video causam, cum sequentia omnia ponantur in Indicativo, cur hic solum optativus locum habere debeat: quamquam ibi etiam vitiose quaedam leguntur.

vf. 366. Εἰκοσαλόγῳ.] Schol. τὰ εἰκοσὰ οὐ κρίσις συνάγων. quod Constantinus in Lex. vertit: vigesimam partem punctorum in judicio referens. Neutrum intelligo. Pollux l. 6. c. 31. n. 128. recenset inter ἰσχυρὰ ἰπποκρίτου, haud secus atque hic poeta. Apparet autem ex eodem l. 9.

c. 5. n. 29. ita vocatos fuisse publicanorum quoddam genus, qui vicesimam quamdam colligerent.

vf. 369. Κυκλίσι χοροῖσιν ὑπάδων.] Qui sint κύκλιοι χοροὶ, vid. apud Schol. ad Nubes vf. 311. & 332. & Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. vf. 267. Quod autem hic cyclicos choros memorat poeta, id etiam convenit Cinesiae, qui κυκλιῶν δόσκαλῳ dicitur Avib. vf. 1403. ab Aristophane; & κυκλίαν χορῶν διδάσκαλῳ a Schol. ad Nub. vf. 332. Quomodo autem κυκλίαν χορῶν διδάσκαλῳ dicatur κυκλίσι χοροῖσι ὑπάδειν, non satis assequor: nisi putemus, ipsos illos poetas ἄσματα sua cecinisse, & ad eorum cantus chororum cyclicum varios metus flexusque edidisse: unde etiam forte Nub. vf. 332. poeta ἀσματοκάμπτιας κυκλίαν χορῶν vocat. Sane Lucian. de Saltat. p. 798. ὑπάδειν dicit eum, qui histrioni saltanti accinebat. Hoc si verum est, κυκλιῶν διδάσκαλῳ est non solum, qui modum & rationem chori cyclici edocet, ut Spanh. l. d. censet, sed etiam, qui choro accinit.

vf. 381. Τὴν Σάτυραν.] Minervam intelligi opinor. Helych. Σάτυρα, ἢ Ἀθηναῖα ὡς τῶν Ἐκκευσι, & apparet ex epigrammate apud Suidam h. v. itaque forte apud Schol. legendum est, ἔστι γὰρ Ἀθηναῖα Σάτυρα λεγομένη. nam ad Cererem hoc non pertinere docet vf. 385.

vf. 426. Ἐν ταῖς ταφάσι πρακτὸν τίθειν.] Schol. Theocr. ad Idyll. 5. vf. 43. hunc locum non recte exponit: quo nomine eum reprehendit Heinf. Lect. Theocr. c. 9.

vf. 432. Τέτοσι τ' ἰπποκρίτου.] Versus mendosus est, nam i. paragodicum cum longum sit, facit in prima sede amphinacrum, qui versum jambicum non ingreditur. sunt autem omnes hi versus trimetri ἐφθήμεμετροί, ut notat Schol. ad principium hujus ερεφῆς vf. 419. puto legendum τέτον. Apud Suidam in ἰπποκρίτου solum legitur τὸν ἰπποκρίτου; nec monent Editores, aliter apud Poëtam legi.

vf. 443. Ἰερὸν ἀνὰ κύκλον.] Hoc pertinet ad choros cyclicos saltantium in sacris. vid. Spanh. ad Callim. Hymn. in Dian. vf. 267.

vf. 457. Μόνοις γὰρ ἡμῶν ἡλιῳ ἢ φέγγῳ ἰλαρὸν ἔστι.] Schol. ad vf. 443. notat, in aliis esse ἰερὸν.

vf. 485. Σπογγίαν.] Laudat Suidas, addens esse ex Ranis h. v. locum non notant Editores. Spongiis autem, certa quadam ratione coactis, usus fuisse antiquos loco καρδιοφύλακῳ, notat ex hoc loco Lindebrog. ad Terent. Eun. act. 4. sc. 7.

vf. 511. Κάκισ', ἱπανῶ.] Hoc dici ab iis, qui quid oblatum recusant, ut apud Latinos recte, benigne, docet Casaub. ad Theocr. c. 16. & Diog. Laërt. lib. 2. n. 76. Ceterum hic versus vitio syllabae superfluae laborat, κάκισ' ἱπανῶ. ἔ. μὲν τὸν Ἀπόλλω ε. μὲν ἴ. γ. ἢ. neque enim tres illae

illae syllabae consistere in quinta sede possunt. Si in voce apocopen passa locus esset apostropho, quod non scio, posset legi 'Αποκ', alioqui extrudenda erit altera particularum negantium.

vf. 515. Δηρὶς ἔχων.] Haec non Dionysio, sed ancillae tribuunt aliae edd. rectius opinor: recusabat enim Xanthias. Scholiastes a sententia aberrat, cum ait, haec esse verba Bacchi Xanthiam retinentis, & non permittentis intrare eum ancilla. etenim Xanthias jam recusaverat intrare. vid. not. Scalig.

vf. 539. Καὶ πολλὰ περιπεπλευκότε.] Suid. v. Ταῦτα, ἀντὶ τῶ, εἰς πάντα τετριμμένον, in omnibus exercitati, versati. Ab eadem re Ulysem laudat Homerus princip. Odysseae, ubi Eust. πολύτροπον παραφράζει, ἢ ἐφ' ἑνὸς ἐστῶτα οἷα γειγραμμένην εἰκόνα, respiciens, opinor, ad verba Comici vf. 542.

vf. 562. Ἀνημιωβολία.] Schol. ἀνημιωβολία ἀντὶ τῶ, ἕκαστον αὐτῶν ἡμισυ ὀβολῶ ἢ ἄξιον ἡμιωβολίας. Suidas h. v. ἡμίστε ὀβολῶ ἄξιον, ἦτοι ἡμιωβολία: quod praefero. nam ἡμιωβολίον per se est, quod valet dimidio obolo, neque debet dici ἄξιον ἡμιωβολίας, sed ἡμιωβολίον simpliciter, vel ἄξιον ἡμιωβολίας, ut Suidas. Sequentia autem Scholiastae verba Salmas. in notis Jungerm. ad Polluc. l. 9. c. 6. n. 64. ita emendat, ut pro ἐπὶ τῶ ἀνημιωβολίας πολέμεια, legat ἐπὶ τῶ ἡμιωβολίας; pro Θεοσχερία, quod tamen etiam Suidas habet, Θεοσχερία, (sic etiam Aristoph. alibi, at Lucian. Lexiph. Θεοσχερία.) pro ἀνημιωβόλιον, ἀνὰ ἡμιωβόλιον: Poëtam enim licentia comica ex ἀνὰ & ἡμιωβόλιον, (id est, fere, circiter, dimidius obolus) composuisse ἀνημιωβολία. In MSS. autem apud Pollucem in ipsis Poëtae verbis legitur ἀν ἡμιωβολία, quod praefert Jungermannus, nisi obstaret auctoritas Scholiastae. Si legas ἀν ἡμιωβολία, pro ἀνὰ, esset, quantum singulae valent dimidio obolo, idque conveniret expositioni Schol. ἀντὶ τῶ ἕκαστον αὐτῶν ἡμίστεος ὀβολῶ ἄξιον: eam enim vim habet praepositio ἀνὰ. Sed relinquenda est ob auctoritatem Schol. & Suidae vulgata. Salmasii autem conjectura videtur vera, pro ἀνημιωβόλιον in Schol. legentis ἀνὰ ἡμιωβόλιον: nec tamen necesse est ibi ἀνὰ verti circiter, fere: sed recte veritas singulae, ut modo dictum, quod conveniet cum expositione Scholiastae. Quod autem Lexica laudant ἀνημιωβόλιον, pro dimidio obolo, ex hoc loco hauserunt: quod facere non debuerant. Ceterum nota Salmasii etiam pertinet ad locum Suidae, qui sua hausit e Scholiaste.

vf. 575. Τὰς ψιάδας.] Notat Schol. in Callistrato scriptum esse τὰς ψιάδας, idque ibi notari tanquam animadversione dignum, quod Poëta eam vocem masculino genere usurpaverit. Etiam Suidas v. ψιάδων tradit, Aristophanem hanc vocem dixisse genere masculino, cum sit foeminini. Respexit procul dubio ad hunc locum Poëtae, etiam

interpretes de eo nihil notent. Callistratum autem inter antiquos Scholiastas fuisse, e multis locis horum Commentariorum constat.

vf. 577. Τὸν προσάτην Κλέωνα.] Interpres: Urbis praesidem. Ita forte verti potest, quod moderabatur pleraque pro suo arbitrio. Sed proprie προσάται Athenis erant patroni ἢ μετοίκων, vid. Suid. & Harpocrat. Aelian. 12.V.H.43. turbulentos quosdam demagogos & oratores, cujusmodi & Cleon erat, vocat προσάτας τῶ δήμου: quae significatio hic quoque locum habere potest. Cleonem autem jam tum obiisse, notat Schol. cum scena sit apud inferos, quod ad tempus, quo acta est haec fabula pertinet, ut &, quod mox de Hyperbolo dicit.

vf. 578. Σὺ δ' ἔμοι γ', εἰάν περ ἐπιτύχῃς, Ἰπέρβολον.] Non video, cur retracto accentu debeat dici ἔμοι γ', pro ἐμοι γ'. deinde, nec hoc intelligo, ad quem ἢ πανδοκύντρια dicat σὺ δέ, cum una tantum sit ancilla Πλαθαιη, cum qua loquitur: nisi putemus aliam etiam intelligi, tanquam mutam personam, quam alloquatur, quod mihi non verosimile videtur. forte pro σὺ δ' ἔμοι γ', legendum est, σὺν δ' ἔτι γ', atque una, atque insuper una: nam σὺν, sine casu positum, hoc notat.

vf. 632. Ὑσριχίδι μαστιγῶν.] Hesyech. ὕσριχίς, μάστιξ πεπλεγμένη ἐξ ὕσιον τριχῶν. etiam Polluci l. 2. c. 3. n. 24. ὕσριχίς dicitur, & l. 3. c. 8. n. 79. αἰ μάστιγις, ὕσριχίς. & inter σκῆψις ὕσριχίς recensetur ab eodem l. 10. c. 40. n. 168. Suid. ὕσριχίς, ἢ ἐξ ὕσιον τριχῶν μάστιξ. Idem tamen ὕσριξ, ἢ διηματῶ μετ' αὐτῶν τῶ τριχῶν μάστιξ, laudans h. l. Aristophanis. Etym. M. ὕσριξ, ὕσριχ, ἢ οὐ τῶ τριχῶν τῶ ὕσιον μάστιξ. ut adeo videatur & ὕσριξ & ὕσριχίς dici pro flagello; quod etiam Constantinus docet auctoritate Suidae. Sed cum nullum vel ab Etymologo, vel a Suida, exemplum adferatur, atque Suidas insuper τῶ ὕσριξ subiciat ex h. l. ὕσριχίδι μαστιγῶν, ego adhuc ἐπέχω, an pro flagello ὕσριξ dicatur nominandi casu.

vf. 725. Κιμωλίας γῆς.] Vid. Bochart. Chanaan. l. 1. c. 14. p. 454. & Eustath. ad Dionys. Perieg. vf. 530.

vf. 731. Ἐς τὸ ἢ πολιτῶν τὰς καλὰς τὸ καγαθὰς, εἰς τὸ ἀρχαῖον νόμισμα, ἢ τὸ καινὸν χρυσίον.] Comparatio est inter cives καλὰς καγαθὰς, & τὸ ἀρχαῖον νόμισμα. Quae debebat referri ad τὸ καινὸν χρυσίον non apparet. cives enim boni ac probi conferuntur cum veteribus nummis, non cum recentibus. Ut omnia congruant, & plena sit oppositio, puto legendum, τὰς καλὰς τὸ καγαθὰς. Mibi videtur civitas eandem sequi rationem in civibus bonis ac malis, quam sequitur in nummis veteribus ἢ recensens cufis aureis.

vf. 737. Τοῖς πανηροῖς χαλκίοις.] Hemst. ad Poll. l. 9. c. 6. n. 92. putat ex h. l. patere, χαλκία pecu-

peculiariter dicta nummos aureos, quibus plurimum aeris erat admixtum. Sane, quae hic χαλκίος, paulo ante dixerat καὸν χρυσίος. Jungerm. ib. n. 91. putat Pollucem, qui ibi h. l. laudat, dixisse χαλκίον singulari numero dici, ut ἀργύριον: apud Aristophanem tamen & Eubulum dici etiam χαλκία.

vf. 743. Καὶ ποτηροῖς, καὶ ποτηρῶν.] Hac forma loquendi Graeci saepe notant homines improbos. De probis e contrario ἢ κακὸς ἔσθ' ἐν κακῶν, vid. Theocrit. Id. 25. vf. 38.

vf. 757. Μάλα γ' ἐποπτεῖν δοκῶ.] Casaub. in Athen. l. 6. c. 15. p. 447. Ultima meta τ' μύσσειας erat fieri epoptam ἔ' epborum: quare ἐποπτεῖν proverbii instar de fruitione summi boni dicitur. Aristoph. Ran. cet. Quae de tempore, quod inter μῶσιν & ἐποπτεῖν intererat, ibidem disputat Casaubonus, refelluntur a Salmaf. ad Hist. Aug. T. 1. p. 119. seqq. Adde Petit. ad LL. Attic. p. 30.

vf. 836. Σμιλιούμαλά τ' ἔργων.] Salmaf. ad Solin. p. 735. b. c. Aeschylum in componendis tragoediis majestatem ἔ' pondus verborum sententiarumque consecratum esse potius, quam elegantiam ἔ' nitorem, veteres critici observant. Contra ea Euripidi vitio datum est nimis accuratum ἔ' ornatum dicendi genus, ἔ' nimius nitor in tragico argumento. Aristoph. in Ranis de Euripide σκινδελμῶν παραζῶνα, σμιλιούμαλα τ' ἔργων vocat, quibus in comparationem opponit Aeschylī ἰσποδαμῶνα ῥήματα cet. Schol. σμιλιούμαλα interpretatur διαγλυμῶμα, quod ad calamas scriptorios scalpello temperatos referendum est. κάλαμοι διαγλυπτοί. Crinagoras in Epigramm. Idem Salmasius paulo ante σμιλλῶν inter instrumenta librarii referri notat, id est, scalpellum. Unde in veteri Epigrammate, σμιλλὰ δὲ ἀκόλυφῶ. Pollux l. 7. c. 21. n. 83. ait σμιλιούμαλα h. l. dici a σμιλλῆ coriariorum, ut sint rejacula, resergetina. sed possunt in universonum dici, ut videtur, σμιλιούματα, omnia quae refecantur τῇ σμιλλῇ, etiam ea, quae praeciduntur in temperandis calamis. Suidas h. v. laudat hunc locum, & describit Scholium. Interpres ibi vertit, ἔ' quisquilliae facinorum viri vim illatam fortiter propulsantis. Quod est apud Schol. ἐπίστωμα, idem Interpres vertit, Metaphorice, quaevis quisquilliae. Vox mihi suspecta est. neque enim alibi vocem ἐπίστωμα hac significatione inveni. Tan. Faber ad Anacreont. Od. 22. putat legendum ἢ ἔπιστωμα.

vf. 852. Καταλεπιστολογίῃ πλιδμῶν πολλὸν πόνον.] Id est, subtiliter examinabit verba turgida ἔ' sesquipedalia; quae paulo ante dixit ἰσποδαμῶνα ῥήματα, γομφοποιή, orationem ampullatam ἔ' dithyrambicam, quae pronunciarī sine pulmonis vexatione ἔ' anbelitu non possit. Casaub. ad Pers. Sat. 1. vf. 14. p. 56. Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anbelet.

vf. 1011. Νῦν γὰρ Ἀθήναιων.] Suid. v. αἰεὶ πά-

θοι. & v. μικροπρεπείας, laudat haec fere omnia, sed non satis accurate. Quod autem Schol. habet ad vf. 1014. μικροπρεπείας διγυμῶνα, apud eum posteriore loco legitur μικροπρεπείας ῥήματα. Describit autem poeta mores Atheniensium, quos mire fuisse sollicitos, ne quid fervorum sibi fraude periret, & in rebus minutis & parvi pretii attentos fuisse, etiam ex h. l. notat Casaub. ad Theophr. Char. p. 232. Μικροπρεπείων accipi a Scholiaste & Suida ἀντὶ μικρολογίας, notat ibid.

vf. 1022. Καὶ Μελιτιδαὶ κάθητο.] Suid. v. ἀδελτεράτατ', βυταλίον, & μαμμάκωθ' legit Μελιτιδαὶ κάθητο. Kusterus ibi notat hanc lectionem meliorem esse ea, quae est in Editionibus Aristophanis, & copulam καὶ delendam. ratio est, quia secunda in Μελιτιδαὶ longa est: id enim apparere ex hoc versu comici Ran. 1337. Σκολιῶν Μελίτῃ καὶ Καρικῶν αὐλημάτων: nam & ibi itidem delendum esse τὸ καὶ ob legem metri & sensum, atque auctoritatem Suidae v. Μελίτῃ. Haec mihi non probanda videntur. Cur enim lex metri in hoc versu jubet tolli τὸ καὶ? quia, inquit Kusterus, secunda in Μελίτῃ longa est. At quomodo hoc probat? quia Suidas in Μελίτῃ, καὶ omisit: inde scilicet apparet, id debere deesse, & eam syllabam longam esse. At quis nobis affirmabit potius apud Aristophanem τὸ καὶ delendum esse, quam apud Suidam excidisse? cum praefertim etiam ibi vitiose σκολιῶν Μελίτῃ legatur pro σκολιῶν. Puto falsum esse, quod Kusterus, & Bentlejus, cujus auctoritatem se in eo sequi fatetur ad v. ἀδελτεράτατ', volunt, mediam in Μελίτῃ, & antepenultimam in Μελιτιδῆς longam esse: nam 1. repugnat origo harum vocum, quae ἀπὸ τῆς μέλει ducitur, auctore Eustathio in Od. N. p. 1735. 51. & Schol. h. l. μέλι autem utramque brevem habere certum est. 2. aliae cognatae voces, quarum duae priores syllabae eadem sunt, eas utrasque breves habent. Μελίτη, Nereis, Hesiod. Θεογ. vf. 246. Homer. Il. 2. vf. 42. Virg. 5. Aen. 825. Μελίτη, ὄνημα Atticus, Aristoph. Ran. vf. 504. Μελίτη insula, unde catuli Μελιταῖοι, apud Holsten. ad Steph. in epigr. inedito. Quod autem apud Suidam omnibus locis legitur κάθηται, non improbandum videtur, nam cur in imperfecto dicitur κάθητο, sedebant, nulla ratio est.

vf. 1041. Νεθεσίας.] Itaque non recte Thomas Magister rejicit νεθεσία. Illustrat h. l. Victor. 34. Var. lect. 1. ubi de fructu, qui e poeta legendis capitur.

vf. 1051. Καὶ σὺ τί δὲ δράσας, αὐτὸς ἔτας ἀνδρείας ἐδιδάξας.] Bentlejus in Ep. Millium, Malalae subjecta, p. 21. e MS. Oxon. καὶ σὺ τί δράσας ἔτας αὐτὸς γενναῖος ἐδιδάξας. quod probat etiam ob eam causam, quod in anapaestico post quartum pedem non debet relinqui syllaba, quae faciat caesuram.

vf. 1064. Ὀρφεὺς μὲν τῆς τελευτῆς ἢ ἡμῶν κατέδειξε.] Suid. v. Ὀρφεὺς, scribit etiam ferri librum illius Τελευτῆς, sed ab aliis Onomacrito tribui. Interpres ibi *initia* vertit. Kusterus laudans hunc locum Comici, ritus factorum. Sane τελευτῆς utrumque notat. Hesych. τελευτῆς, θυοῖαι, ἱερταί, μυσηρία. Serv. in vi. Aen. 645. Orpheus primus Orgia instituit. Orgia autem generali appellatione dicuntur omnium factorum cerimoniae.

vf. 1088. Ἦν ἔν σὺ λέγῃς Λυκαθητός.] Suid. v. Λυκαθητός, laudat h. l. sed corrupte, emendatus a Kustero in notis. Est autem mons Atticae, ut idem docet, & Plinius H. N. l. 4. c. 7. Ait autem Suid. Λυκαθητός & Παρνασσῶν μεγάλῃ dici ἐπὶ τῷ εἰς τὴν μεγάλαν ὄρεον. Παρνασσῶν μεγάλῃ dicit, quod ejus montis altitudo celebratur ab antiquis. v. Bochart. Geogr. p. 469.

vf. 1124. Ἰπολιπόδης.] Id est, *postremus*. v. Kuhn. ad Poll. l. 6. c. 8. n. 44. Pro βραχὺς autem in versu praeced. si legeretur βραχὺς, hoc utique praeferebam: nam hominibus brevibus & pinguibus utique molestior est cursus; sed & breves magis solent incurvo capite & cervice incedere, praefertim si pingues. adde, quod non necesse erat, bis idem dicere. nam ex eo, quod ἰπολιπόδης dicit, satis intelligitur, eundem βραχὺν fuisse.

vf. 1131. Μίγα τὸ πρῶγμα.] Schol. ait, εροφῆ & ἀντιεροφῆ singulas esse 10. versuum, ἐπιμετριμῆσαν τριβραχῆσαν: & quidem 1. 4. 6. & 10. esse trochaicos tetrametros catalecticos: reliquos trochaicos dimetros acatalecticos; nisi quod septimus versus εροφῆς sit anapaesticus πενημιμετρῆς, octavus autem dimeter brachycatalecticus. Septimus vero est: Ὁ, τὴν πρῶτῃ ἐχέτω ἐπὶ τῷ: qui mihi videtur ἰσοβραχμῆς, atque insuper prima sede tribrachyn habet, quod apud Aristoph. in anapaesticis observare non memini. Octavus: Δεγέτον | ἐπίτον, ἰανασαῖρετον: in quo rursus duo tribrachys. Quae autem porro Schol. dicit de numero versuum, 1. 4. 6. 10. ea tantum ἀντιεροφῆ conveniunt. nam in εροφῆ sunt trochaici tetrametri, immisto pede tribrachy, 1. 2. 3. 5. & 9. Sed mihi incidit suspicio ex eo, quod Schol. εροφῆς & ἀντιεροφῆς versus pares facit, secundum versum εροφῆς dividendum esse in duos trochaicos dimetros, eo quod alioquin in ea non 10. sed tantum 9. sunt versus, & quod secundus in fine abundat syllaba

una: Καλεπὸν | ἐν ἔργον διαίρειν, | ἔταν ὁ | μὲν τελευτῆ βλαίως: quem si divides, duo erunt trochaici dimetri: Καλεπὸν ἐν ἔργον διαίρειν Ὅταν ὁ μὲν τελευτῆ βλαίως. quo pacto omnia constabunt.

vf. 1155. Ὀρσείας.] Ex Eustath. ad Il. κ. principio videtur legendum esse Ὀρσείας. idque probat Stanlej. ad Aeschyl. in notis ad Catalog. p. 709. Bentelejo etiam in Ep. ad Millium p. 19. Ὀρσεία dicitur.

vf. 1340. Πῆ ἔν τοῖς ὀσράκοις αὐτῆ προῖσα.] De musica, quae fiebat complosis testis, vel conchis, v. Casaub. ad Athen. l. 5. c. 4. & ad Sueton. Neron. c. 20. Scaliger. ad Copam Virgil. p. 255.

vf. 1400. Τὰ κῶλά τ' ἀμπάλλετε.] Interpres, *metabara*. immo *retia*, ut recte Bifetus, probante Jungerm. ad Polluc. l. 5. c. 4. n. 27.

vf. 1406. Διπύρως ἀνέχουσα λαμπάδας.] Hujus loci explicatio est apud Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. vf. 11. ubi & nummum profert, in quo est Diana, utraque manu facem tenens.

vf. 1431. Κόκκυ. μινεῖτε.] Ita videtur distinguendum. Etymol. & ex eo Suidas, ut emendant Edit. κόκκυ, οἱ Ἀττινοὶ τὸ ταχὺ. Hesych. τὸ ἐλάχιον. Eustath. in Od. Δ. p. 1479. 43. ait, apud Comicum esse adverbium. respexit forte ad hunc locum. Mihi videtur esse vox ficta h. l. nam cum paulo ante dixisset, καὶ μὴ μινεῖδον, πρὶν ἂν ἐγὼ σφῶν κοκκύσω, pro λέξω, vel βοῶσω, voce ea, ut videtur, ridiculi gratia, usus; nunc ob eandem causam in clamat κόκκυ.

vf. 1472. Ποβὴ μὲν] Suidas v. σιγῶ refert versum Ionis, quem Aristophanes hic imitatur, & adducit Scholiastes. Σιγῶ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βέλεται γὰρ μὴν. Deinde in σίφριοι, ἐκ τῷ ἰάνθῳ φερῶν. φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης, ποβὴ μὲν. cet. quae ad locum illum non pertinent, ac forte male divulsa sunt ab iis, quae refert idem in σιγῶ. Kust. ad Suidam v. σιγῶ ait versum illum esse Euripidis, teste Schol. Aristophanis h. l. in quo notanda est ejus incuria. nam Schol. ait esse ἐκ τῷ ἰάνθῳ φερῶν. Portus in σίφριοι hoc vertit, *ex Ionis opere de praesidiis*. male. Φερῶν nomen est dramatis, quod Ion scripserat. meminit ejus Athen. l. 4. c. 25. & Hesych. in Νιφῶσσα Ἑλένη. vid. Casaub. ad Athen. p. 318. Ceterum pro βέλεται οἱ ἔχου, quod est apud Suidam, Scholiastes habet: βέλεται γὰρ μὴν.



NOTAE IN EQUITES.

vf. 9. *Ὀλόμπε.*] Suidas in *Ἐναυλίαν*, & Eustath. in Il. T. p. 1175. 64. *Ὀλόμπε.* Notat Kusterus, *Ὀλόμπε* esse Ionicum, atque ideo se malle legere *κλαύσωμεν ἐν Ὀλόμπε*, non improbabilius, si non produci posset prima in *Ὀλόμπε* ob sequentem liquidam, itaque malim *Ὀλόμπε* cum Suida & Eustathio. De *συναυλία* habet quaedam Athen. 14. 2. ubi vide Casaub. & Spanh. ad Callim. p. 471. Olympi autem etiam meminit e Comico Eustath. in Il. A. p. 27. f. & Pollux l. 4. c. 10. n. 78. Vocis vero *τοῦ* varios usus adfert Schottus ad Procli Chrestom. p. 36. pro hymnis deorum quod accipi notat Scholiastes, pluribus exponit Spanhem. in Callim. Hymn. in Del. vf. 304.

vf. 42. *Δῆμος Πυκνίτης.*] Populus Pnyctes, id est, Atheniensis, qui convenit in Pnycem iudiciorum & suffragiorum de Magistratibus eligendis gratia. Quia tamen hic poeta non apertis verbis, sed per aenigmata populum designat, forte convenientius fuerit, *δῆμον Πυκνίτης*. Meurs. de Popul. Athen. T. 4. Thef. Ant. Graec. v. *πυξ*, legit, *Δῆμος*, *Πυκνίτης*; *Demus*, *Pycnites*: divisim; ut *Δῆμος* ibi dicatur pro nomine proprio, quod non absurdum est. Nec facile quidquam in lectione mutaverim; cum etiam apud Dionem Chrysost. loco a Kustero laudato p. 362. legatur *δῆμος*, nec non apud Suidam. Tangit autem h. l. etiam Stephanus in *Πυξ*, & Vales. ad Harpocr. pag. 64. Confirmat sententiam Meursii Pollux, qui lib. 8. n. 133. *ἄφ' ἧς (Πυξ) τὸ τῆ δῆμος ἰσοῦσιν πυκνίτην φασι οἱ κωμικοί.* Nam si *ἰσοῦσιν* populi dicitur *πυκνίτης*, utique non ipse populus, itaque ex ipsius sententia videtur *πυκνίτης* hic esse *ἰσοῦσιν*. Kuhnus non recte ibi putat, apud Comicum legendum *πυκνίτης*.

vf. 50. *Ἔδμος.*] Hic quoque scribendum videtur *Δῆμος*, & vertendum *Demus*, si Meursium sequimur. v. ad vf. 42. & sic quoque h. l. Casaub.

vf. 61. *Σιέωλα.*] Brod. 1. Miscell. 35. scribit, errare eos, qui exponunt *vaticinari* ac *divinare*: cum sit *more senum delirare*. Suidas h. v. Scholiasten descripsit, & praeterea quaedam addit.

vf. 67. *Ὀρῶτε τὸ ἴλαν.*] De huius loci sententia disputat Hartungus Thef. Grut. Tom. 2. p. 684. puto esse fictum nomen servi.

vf. 103. *Ἐπίπασα λείξας.*] Laudant Suidas h. v. Etym. M. h. v. Pollux lib. 10. n. 96. & 6. n. 61. Eustath. in Il. p. 1095. 20. Steph. de Urb. v. *δῆμος*. Apud Pollucem autem lib. 10. & Etym. M. legi-

tur *λείξων*. Sed Scholiastes infra ad vf. 1086. docet, hic lectum fuisse *λείξας*, ibi *λείξων*. vid. tamen notam Jungerm. ad Polluc. l. 6. n. 61. Kuhnus ad Poll. lib. 1. n. 26. hoc recenset inter Pollucis *ἀμαρτημάτων μνημονικά*: & tamen etiam apud Etymologum ita legi e Lexico Rhetorico ad Poll. lib. 6. n. 61. notat Salmasius; ut, si id erratum est, non solum Pollucis sit.

vf. 152. *Κάβελ αὐτὸ τὸ ἔλεον.*] *Ἐλεον* & *ἔλεος* dicunt Graeci. Harpocraton & Eustath. h. l. laudant, ut notat Kusterus. Adde eundem Eustath. in Od. E. p. 1766. 42. Apud Harpocr. autem in *ἔλεος* locus est difficilis. *μῆποτε δὲ παρατὸ ἔλεον, ἔπερ ἐστὶν ἄλλος ἔύλινος, γηγένηται τέτομα.* Quid enim ibi est *ἄλλος ἔύλινος*, foris lignea? an ergo intus ferrea, & obducta tantum ligno? hoc quidem inane est. sed difficultatem hanc dissimulant omnes Harpocratonis & Suidae ac Pollucis Interpretes, quibus locis de *ἔλεος* agunt. Suidas, qui eum articulum descripsit ex Harpocrate, vocem *ἄλλος* omittit, quod & ipsum non monuerunt Editores: nec tamen verisimile est, eam temere in Harpocratonem irrepsisse. Non habeo, quod dicam. Videtur tamen pro *ἔλεος* legi posse *πλεῖστον*. Etym. M. v. *ἔλεον*: *ἐξ ἔλεων ῥάβδων ἦσαν πεπλεγμένοι κίμα γαμικαὶ τράπεζαι.* Hefychius v. *ἔλεον*. *τοῖς ἐν λόγον πεπλεγμένοις.* Cogitabam etiam pro voce corrupta forte legendum *ἐπίπασιν*, errore forte orto e compendiis scripturae: sed hoc nimis longe a ductu literarum recedit.

vf. 165. *Καὶ τὸ Πυκνός.*] Hanc lectionem probant Harpocraton, Suidas, qui etiam notam Schol. descripsit, in *Πυξ*, Etymol. M. & alii. Et ipse Aristophanes aliquoties ita loquitur, cuius loca congestit Kusterus ad Thesmophoriaz. vf. 665. & ad Suid. l. d. & in *Πύκνη*, ubi notat apud Harpocrat. repugnante serie literarum legi *πυκνί* pro *πυκνί*. Ea observatio vera est: sed ante ipsum jam legebatur apud Rutgerf. 5. Var. Lect. 1. & Vales. ad Harpocr. p. 64. Ed. Blanchardi. Porro apud Suidam in *Πύκνη*, turpissimum errorem reliquit Kusterus, qui cum notet eum articulum ex Harpocrate, non emendat vitiosum illud *Κλειθῆμος*, pro *Κλειθῆμος*, ut in Harpocrate legitur, & in Suida reponendum ostenderat Rutgerf. l. d.

vf. 196. *Καὶ σαφῶς ἠγγυμένον.*] Non caret ratione conjectura Casauboni *σαφῶς*. Nam si est *ἠγγυμένον*, utique non est *σαφῶς*: & repugnat vulgata lectio expositioni Scholiastae.

vf. 219. Ἐχεις ἀταλία τὰ πρὸς τὴν πολιτείαν, ἃ δέ.] Manifeste vitiosus versus: nam secunda in πολιτεία longa est. Puto legi posse delotis articulis: ἔχεις ἀπυλία πρὸς πολιτείαν, ἃ δέ. Kusterus: ἔχεις τὰ πάντα e MS. Mihi articulus eo loco melius abesse videtur.

vf. 255. Φράτορες τριώβολα.] De triobolo, quae merces erat iudicum apud Athenienses, multis agit Petit. ad LL. Att. p. 325. ubi & hunc locum laudat. Adde Poll. l. 8. n. 20. atque ibi Jungerm. & Salmaf. de Modo Usur. p. 25. qui disputat, diurnam hanc mercedem fuisse iudicum, ita ut integro anno accipiant 180. drachmas ex publico. de triobolo iudiciali etiam Meurf. Arcop. pag. 2123. & seqq. Tom. 5. Ant. Graec. ubi itidem de Ἡλιαία.

vf. 262. Διαβαλῶν.] Conjeceram ἀγλαῶν ex Hesychio, qui ἀγλαῶν, ait, παλαιαῖον τι. Deinde vidi Casaubonum, etsi ita legendum esse non dicit, tamen indicare, se in eadem sententia fuisse. Et ita quoque puto scribendum apud Schol. παλαιαῖον γὰρ εἶσι ταῦτα, καὶ τὸ ἀγλαῶν, καὶ τὸ ἀγκυρῖσαι, completi dicit Corn. Nep. in Epamin. c. 2. In Fabri Agonist. & Mercuriale nihil de hoc reperio.

Ibid. Ἀγκυρῖσαι.] Scaligeri ad Euseb. num. 2208. expositionem vide hic apud Kusterum, qui recte sentit, nec probari eam facile, quod nullis aliis argumentis nititur, nec rejici posse. Salmasius ad Lamprid. Commod. p. 521. Scaligeri expositionem rejicit, aitque, ἀγκυρῖσαι esse pedibus pedes subvincire & supplantare. sed nec ipse quidquam adfert, unde hanc significationem huius vocabuli ostendat: quod forte facturus fuerat in libro de schematis & tropis palaestrae, quem ibi promittit. De emendatione Casauboni iudicium Kusteri probō; in primis cum etiam Pollux lib. 3. num. 155. ἀγκυρῖσαι inter παλαιαῖα recenset.

vf. 287. Κατακινῶμαι σε κρῖαι.] Priscianus lib. 18. p. 1187. habet σε, aitque, Graecos huic verbo, & κατακινῶ sine discrimine genitivum & dativum adungere. Mihi hic magis placet σε, vel metri gratia, ne loco impari spondeus sit.

vf. 313. Θυνοσκοπῶν.] Scholiasten iisdem plane verbis exscripsit Suidas in v. θυνοσκοπῶν & θυνοσκοπῶν. Porro de captura thynnorum vid. quae notant Casaub. ad Strab. lib. 5. p. 223. & Brod. 6. Miscellan. 8.

vf. 316. Ὅσις ὑποτέμνων ἐπάλεις.] Conjeceram ὑποτέμνων, ut conveniret cum ἐπάλεις: nam alioquin ὑποτέμνων πάλεις potius dicendum fuerat: cum vidi ita legi apud Suidam in μοχθηρία, ubi describitur Scholiastes. hoc tamen Kusterus neque hic, neque ad Suidam, notare voluit.

vf. 320. Πάμπολον τοῖς δημοταῖσι καὶ τοῖς φίλοις παραβῆεν.] Superest hic syllaba. Kusterus putat delendum τοῖς, non intercedo. Sed non minus recte scribi potest δημοταῖσι, quo facto nihil abun-

dabit. Nam Kusterum, cum edat δημοταῖσι, aliquid superesse in hoc versu scribere, valde miror.

vf. 321. Ἐνοι εὐ ταῖς ἐμῶσιν.] Kusterus locum Ovidii & Sidonii profert, ut ostendat, etiam Latinos dicere, pedem natate in calceis nimis laxis. Debet illa Casaubono ad Theophrasti Charact. cap. 5. p. 138. ubi inter rusticitatis signa habetur gestare calceos pede majores. Casaubonus ibi & hunc locum Poëtae citat; atque, ex eo patere, valde irrisos fuisse, qui calceos gestarent majores pede. Habet etiam quaedam huc pertinentia Salmaf. ad Tertullian. de Pall. pag. 199.

vf. 348. Ἰδὼς τε πίνων.] Spanhem. ad Callim. Hymn. in Pall. p. 582. scribit, Aristophanem Ἰδὼς πίνων notare, ut miserorum ac egenorum: nam Scholiastem hoc exponere τετέσι, ταλαιπωρῶν. Non percepit mentem Poëtae; qui hoc vult, inexercitatos Oratores, cum διαίδων iis agendum est, eo quod imperiti sunt dicendi, multis laboribus ac vigiliis orationem vix ac difficulter componere, ac studiorum causa, vino abstinentes, aquam bibere. Ita recte Casaubonus. Itaque quod ait Schol. ταλαιπωρῶν, non est, tanquam pauper, aut miser; sed ταλαιπωρῶν ἀπὸ τῶν συνταξῶν τῶ λόγου; & ut Schol. ipse exponit, καὶ πολλὰ καμῶτα συντάσσων τῶν δειλῶν.

vf. 384. Καὶ τὸ πρῶγμ' ἰ ἐκ ἦν | Φλαῦρον ἀδῆ.] Deest syllaba: non enim sunt tres cretici, quos esse ait Scholiastes. Forte ἐκ ἂν ἦν.

vf. 391. Τὰ κρόττοι ἀμῶν δῖρῶν.] Suidas, ἀκρόττοι ἀμῶν δῖρῶν, ἐπὶ τῶν ἀκρόττοι κροσσῶν. potest videri huc respexisse. Sed Interpretes ibi nihil notant: cum in ἀμῶνδῖροι locum designent. De hoc proverbio vide, praeter Erasmus, Nansium ad Nonni Euang. Joh. cap. 4. vf. 186. & Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. vf. 138.

vf. 395. Μαυκοῦ.] Suid. h. v. ἀνοταῖς, εἰδὸν εἶναι. Ἐφαυρὸς ἢ, ἔτι ἢ Μαυκοῦ ἐνδὸν ἦν. Hinc corrigendus Scholiastes, qui pro εἰδὸν εἶναι habet εὐ ἔθ' εἶναι. ubi Kusterus edidit: εὐ ἔθ' εἶναι: sine ratione. In primis autem notandum apud Suidam illud Ἐφαυρὸς δῖς, quod manifestum praebet argumentum, exscripta ab eo esse Scholia, non Scholiasten sua ab eo descripsisse: nam quod hic ait, Ἐφαυρὸς δῖς, pertinet ad vf. 62.

vf. 396. Ὡς δὲ πρὸς ἰ πᾶν ἀνωιδεῖς.] Schol. ad vf. 381. rationem horum metrorum exponens, ait, primum & secundum esse trochaica dimetra acatalecta, & illud in quarta sede jambum habere, hoc in tertia: nec tamen constat metrum illius versus, quem hic adscripsi; nam prima sede creticus est. Suidas in παρασηκῶτῶν legit ὁ δὲ πρὸς πᾶν &c. qua ratione anapaestus erit in prima sede, quod admitti potest.

vf. 399. Εἰ σε μὴ μισῶ, γενεῖμῶ ἐν Κρατίει κώδιον.] Suspectum mihi erat illud ἐν, & conjeceram ἐν, inductus verbis Scholiastae: γενεῖμῶ ἐν, φησὶν,

simulacris est in Etymol. v. Ἐργῆς. Ceterum observandum est, quod Suidas post ἐπίκουρα addit ἐλεφάντινα, quae vox in Schol. non compareret, ut etiam Kusterus notavit, & si, quod docti putant, hic electrum, quae metalli species est, designatur, praeter rem & absurde ab eo adjecta est. Sane videntur quidem primitus ornamenta ea ἤλεκτροι, vel ἤλεκτροι vocata, quod ex electro, vel si mavis, succino fierent: sed forte procedente tempore omnia ex alia materia facta, eo nomine appellata fuerunt: nam generaliter dicunt Eustath. & Etymol. τὰ ποιικιόμοινα; ita ut ea vox apud Suidam retineri possit. Quod autem Kusterus ad Suid. putat apud eum legendum τὰ τὰς κλίνας ὑπεβουλόδηρα, non necesse est: nam in universon τὰ ποιικιόμοινα ita dicuntur, quae recte ἐπιβουλόδη dicuntur. Sed ipse ab ea sententia discessisse videtur: cum ad Aristoph. nihil mutet in Schöllis.

vf. 531. [Ἐστὶ δὲ ἀπολλώδης.] Suspicio potius ἄλλῃ legendum esse, ut in proverbio, ubi & Schol. & Suidas & Diogenianus 4, 26. & Vatic. Append. 1. 59. ἄλλῃ habent: tamen scio, non minus Graece dici ἄλλῃ.

vf. 567. Ὁ θυμὸς εἶδος ἢ ἀμυγίας.] Hujusmodi acumina e nominibus propriis antiqui multis locis usurparunt. v. Casaub. ad Athen. lib. 3. c. 20. his defendi potest Menagius adversus Balleum, ejusmodi allusiones frigiditas vocantem, & ab antiquis rejectas esse: de quo Menag. Tom. I. Antibaill. cap. 48. Suidas Schol. verb. descripsit in ἀμυγίας.

vf. 577. Μὴ φρονῖδ' ἤμῶν.] Sic etiam Suid. in κομῶν. At ego puto hoc non convenire rationi linguae Graecae, quae hic vel subjunctivum, vel infinitivum exigit, itaque magis probo, quod habet Schol. ad Nub. vf. 14. μὴ φρονῖδ'. ibid. vf. 120. φρονῖδῃ longe vitiosus.

vf. 603. Ἀπὸ πόντος Μηδικῆς.] Kust. ποίας e MS. ποίας scribendum docet Etymol. M. h. v. & alibi. Μηδικῆ quoque scribendum tradit Eustath. ad Od. Ω. p. 1967. 27. ad differentiam nominis gentilis Μηδικῆ: item Cyrillus. sed vulgata scriptura retineri potest; quod poeta ei addit substantivum. Hesych. Μηδικῆ, πόντος ἢ τριφυλλῶν. Soping. corrigit Μηδικῆ. Nihil necesse est, mutanda tantum distinctio, & scribendum: μηδικῆ πόντος, ἢ τριφυλλῶν. Sic Strabo l. 11. p. 525. Μηδικῆ βοτάνη. & Steph. in Μηδικῆ. De Medica porro vid. Victor. ad Varr. p. 131. ubi etiam h. l. laudat.

vf. 605. Ὡς ἴσθη θύρα εἰσὶν κερκίον Κορίθιον.] Ὡς ἴσθη variis modis usurpatur a Graecis, sed nullum genus loquendi apud eos invenio, quod huic simile sit: κερκίον ἴσθη εἰσὶν κερκίον. Puto veram esse lectionem, quam adfert Casaub. de τ' ἴσθη, quod Schol. exponit ἴσθησε, de Theoro nihil praeterea compertum habeo. Suid. in Δία.

describit Scholiasten. Poëta Nub. vf. 399. Theorum perstringit, ut perjurum.

vf. 632. Βερέχθοι τε, ἢ κόβαλοι, ἢ μύθωνες.] Apertum est vitium in metrum. nam & media in κόβαλοι longa est, ut ostendit Kusterus ad Suidam in σκίταλοι, & ad Aristoph. h. l. & nec in quinta sede trochaeus, nec in sexta spondeus esse potest. Varie tentant hunc locum. Et Bifeti quidem conjectura absurda est: Βερέχθοι τε, ἢ μύθωνες, ἢ κόβαλοι: quoniam quintus pes -nes ἢ κί- hic locum habere non potest: & quia, quod ad Suid. notat Kusterus, media in κόβαλοι longa est. Tan. Fab. Epist. lib. 2. ep. 66. reprehendens negligentiam Bifeti, quod non viderit syllabam abundare in sua emendatione, Μύθωνες ἢ κόβαλοι ἢ Βερέχθοι. Sed non cogitabat Censor ille, secundae in κόβαλοι mensuram repugnare huic lectioni. Casaubon. ad h. l. ἢ μύθωνες, versus gratia; cui obstat eadem ratio: ne dicam, nusquam alibi hoc nomen aliter scriptum reperiri, quam cum o in prima, & ω in secunda. Kusterus ad Suid. in σκίταλοι, & ad Aristoph. h. l. ἢ μύθων: hac ratione, quod Scholiastes videatur legisse Μύθων. Sane quidem Schol. in singulari, μύθων, ὁ εὐτελής: sed ex illo non colligi potest, eum in poeta ita legisse. nam mille locis cum apud Comicum est singularis, in expositione ponit pluralem, & contra. atque etiam si ea ratio valeret, dicendum foret, in Aristophane, pro κόβαλοι, legendum κοβάλοι: nam & hoc in expositione laudat Schol. pro κόβαλοι. Sed nec rationem video, cur a plurali, qui in omnibus servatus est, transeundum sit ad singularem. Existimo, sine ope meliorum Codicum, hunc locum sanari non posse.

vf. 657. Ἀγροτέρη.] Rationem hujus appellationis exponit Meursius Athen. Attic. 2. 5. e Pausania: ubi vide plura de hoc voto Callimachi. Ἀγροτέρη Dianam etiam Eustathius e comoedia memorat in Od. P. p. 1821. 22. sine dubio ad h. l. respiciens. Item ad Od. Γ. p. 1454. 27. ubi, diffidens ab aliorum narratione, scribit, Athenienses, τῇ Ἀγροτέρῃ ante praelium χιλίας χιμαίρας novisse. Sed & aliter atque aliter plerique narrant. v. Meurs. cujus diligentiam hic locus effugit: nec non locus Aeliani 2. V. H. 25. hic notatus a Kustero, qui 300. capellas quotannis ei immolari scribit, quas 500. vocat Xenophon lib. 3. Ἀναβάσεις.

vf. 711. Ὡς σφάρα σὺ τ' ἔδωκ' ἑαυτῇ νενέμῃσιν.] Quasi plane tuum esse, tibi deditum, addidum. οἰκτίως ἔχειν πρὸς σε, ut ait Scholiastes. Terent. Adelph. 5. 6. 10. plebem facio meam. Corn. Nep. in Climon. c. 2. populum urbanum tenuit in sua potestate.

vf. 717. Δόναμαι ποιεῖν τ' ἄμῃσιν εἶρην ἢ σείον.] Schol. πλάσιον ἢ πάντα. Casaub. laetum ἔστι τριstem. nam laetitia diffundit, tristitia contrahit; vel,

vel, *liberalem & restrictum*. Mihi videtur manere in eadem sententia ac metaphora, quae est in superioribus, atque hoc dicere; se posse efficere, ut populus contentus sit multis vel paucis, nam dictum fuerat de alimentis. Atque ita locum habere potest expositio Scholiastae: qui enim divites sunt, liberalius sibi indulgent, & quasi latiore ventrem; qui pauperes, parce vivunt, & quasi ventrem comprimunt. Cum ergo allantopola objiceret ei, maligne ipsum pacere populum, instar nutricum, quae cum infantibus cibum praemandant, exiguam iis partem in os indunt, atque ipsae multo plurimam devorant: respondet Cleon; se posse efficere, ut populus etiam paucis contentus sit; & si quam largitionem ipsi praebet, laeto animo accipere, si quid recidat, ne hoc quidem aegre ferre, & etiam exiguis alimentis contentum esse.

vf. 723. *Ἐξελθε δὲ τῷ δὴμῷ φίλτατον.*] Claudicat versus. Kusterus *γ* immitit ante *φίλτατον*. Videndum an legendum sit, ut Schol. laudat, *δὲ τὰ δ*. nam nec hiatus altis locis refugit Aristophanes; & dactylus locis paribus esse potest.

vf. 736. *Λυγιστολόγῳ.*] Confert cum hoc loco Comici alium Catulli, in quo puer, abhorrens ab honesto & probo amatore, dederat se improbo, Victorius Var. Lect. 22. 11.

vf. 762. *καὶ Κύναν, καὶ Σαλαβακχῶν,*] Varie scribuntur haec nomina. Schol. hic *Κύναν* & *Σαλαβακχῶν*. Apud Comicum Vesp. vf. 1027. *Κύναν*. Schol. ibi *Κύναν* & *Σαλαβακχῶν*. Rursum Comic. Pac. vf. 754. *Κύναν*. ubi Schol. ex hoc loco Equitum scribendum laudat *Κύναν*, καὶ *Σαλαβακχῶν*: ibidemque scribit *Κύναν* & *Σαλαβακχῶν*, & mox *Κύναν*. Suidas, *Κύναν* καὶ *Σαλαβακχῶν*. Et ita quoque Hesychius, quae forte vera scriptura est. nam *Σαλαβακχῶν*, quod habet Scholiastes, versus ingredi non potest. Videntur autem esse ficta nomina. Et *Σαλαβακχῶν* quidem potest esse a *σαλα*, *agitatio*, quod meretricium est in re turpi: vel potuit etiam Aristophanes hoc nomen fingens alludere ad nomen Veneris, quam *Σαλαβακχῶν* dictam tradunt Hesych. & Etymol. M. eo quod semper circumferatur, & perpetuo jactetur, ac vagetur lugens Adonim; a *σαλα* feliciter: de quo vid. Salmat. ad Lamprid. Hellog. p. 807. Ceterum *Κύναν* hoc loco etiam Kusterus edidit.

vf. 792. *Ἀρχιπτόλιμος δὲ Φέροντος.*] Recte reprehendit Scholiastem Palmerius, quod hoc exponat de induciis annuis factis anno octavo ad finem vergente, vel principio noni hujus belli: nam his induciis Cleonem restituisse, non memorat Thucydides, & videtur etiam haec fabula acta ante id tempus. Sentit autem Poëta de legatione, quam, post Sphacteriam ab Atheniensibus captam, & abductos inde Lacedaemonios, Athenas missam tradidit Thucyd. l. 4. c. 15. seqq. tum enim obstitit

Cleon, ne pax fieret, ut idem auctor est ibid. c. 21. atque ita recte Palmerius. Quod autem idem putat, ex hoc loco patere principem legationis illius, quae post Sphacteriam captam Athenas missa est, fuisse Archptolemum, cujus nomen praeterierit Thucydides, mihi nulla ratione niti videtur. Cur enim Thucydides, qui eodem libro c. 119. accurate nomina omnia legatorum recenset, Archeptolemum omiserit? Neque tamen intelligo, cur Aristophanes Archeptolemi hic meminerit, eumque pacem Atheniensibus obtulisse (ita enim accipiunt hic *Φέρον τῷ εἰρήνην*) dicat. Opinor autem, Archeptolemum fuisse Atheniensem pacis cupidum, quem Schol. ad vf. 327. scribit a Poëta designari verbis *ὁ δὲ Ἰπποδάμους*, & bene de Republica meritum fuisse dicit. Videndum quoque, an *Ἀρχιπτόλιμος Φέροντος* possit exponi pro *εἰς Φέροντος*, *εἰσὴγμένους*; quae dicuntur de iis, qui legis vel decreti cujusdam auctores sunt. Quod si hoc non potest, conjicere licet, Archeptolemum forte missum fuisse ab Atheniensibus ad Peloponnesios, & ab his conditiones pacis Athenas retulisse.

vf. 793. *Ῥαβαπυγίζων.*] Notat Kusterus, Suidam legere *Ῥαβαπυγίζων*, atque ita etiam videri legisse Scholiastem. Verum est: nam formant a *Ῥόβος* & *πυγῆ*, cum impetu, sono, nates ferio. Idem ad Suid. notat in Aristoph. minus recte legi *Ῥαβαπυγίζων*. Hoc praecipue est adfirmare. Itaque videtur etiam, ab ea sententia recessisse, vel saltem dubitasse, cum edebat Aristophanem. Sane *Ῥαβαπυγίζων* legitur apud Polluc. lib. 9. num. 126. Eustath. in Il. A. p. 861. 16. & Od. P. p. 1818. 57. qui & utroque loco hoc e Comico laudat: item apud Hesych. in h. v. Nec Jungerm. & Kuhn. ad Pollucem: nec Meurf. de Ludis Graec. h. v. T. 7. Antiqu. Graec. receptam scripturam hujus vocis mutandam existimaverunt. Apertior quidem est in scriptura Suidae ratio etymologica, quam in *Ῥαβαπυγίζων* nec tamen ob id sequitur, scripturam, auctoritate tot testium subnixam, esse immutandam.

vf. 811. *Εἶρων ἐπιχειλῆ.*] Hanc vocem exponunt Interpretes Poll. lib. 2. num. 89. ubi Seberus, reddit: *urbem magna ex parte vacuam*. Kuhnus: *non satis plenam*. v. & Heinf. ad Hesiod. p. 59. ubi recte ex Hesychio laudat *ἐπιχειλῆς*, τὸ ἐδίπλις: pro quo editur *ἐπιχειλῆς*. Schol. *ἐπιχειλῆς ἢ μίτρον λέγεται, τὸ καὶ μὴ πλήρες, ἀλλ' ἀπομισυέμερον, καὶ non habent Varinus & Suidas, & rectius etiam abest. Pro τὸ ἀπομισυέμερον, lego ἀπομισυόμερον, id est, abstersum, abrasum. hoc enim est ἀπομισυοῦν μίτρον; & ἀπομικτῆρα, vel ἀπομικτῆρον, τὰ δῖον, quo abstergentur mensurae. vid. Casaub. ad Theophr. Charact. p. 253. & Heinf. ad Theocr. c. 21. Varinus vitiosam scripturam Scholiastae sequitur. Suidas habet ἀλλ' ἀπολειπόμερον. In versu autem ipso, ὅς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμίαν, legendum est, ἐποίησεν, metri gratia: atque ita in Suida. v.*

ἐπιχίλις recte edidit Kusterus, pro ἐπίουσε, quod est in praecedentibus Edd. Idem tamen in Aristoph. h. l. retinuit ἐποίησε.

vf. 819. Πολλὸν δὲ πολὺν με χρόνον καὶ τὴν ἐλελήθει ἐγυροφάζων.] Turbat nonnihil πολλὸν. puto exponi posse, valde. Sic fere Ran. vf. 1078. ἀλλ' ἐπί σοί τε καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὰ πολλὰ πικρῶτα, valde multa infideat.

vf. 860. Ὅπως γὰρ οἱ τὰς ἐγγυλίας θηρώμενοι πέτοντας.] Suidas luculentam expositionem adfert in ἐγγυλίας, videturque hic Scholias auctioribus usus fuisse. Indicat autem proverbii speciem esse ἐγγυλίας θηρώμενοι, ἐπὶ τῷ ἀλζυ κέρθῳ ἰδίῳ ταρχαχας ποιόντων. Sed quod apud eum legitur, ἔτε δὲ ἄνοι καὶ κάτω τὸ ὕδωρ ταρχαχας, κινῆσι, καὶ λαμψάνωσιν, melius habet Varinus ταρχ. καὶ κινῆσιν, λαμψάνωσιν. Adludit autem ad hunc versum Comicus supr. Nub. vf. 559. ut notat ibi Schol. Ceterum ad eos, quos hic laudat Kusterus, qui locum hunc retulerunt, adde Eustath. in Il. Φ. p. 1240. 2. ubi pro ὅπως legitur ὅσπερ, quod & in Etymol. exemplaribus fuisse notat, & rejicit Sylburgius: nam ὅσπερ rectum est. pro πέτοντας idem contra metrum notat fuisse πετόθασι, quod & apud Hesych. est in κινῆσι, sed repugnante metro. nec recte editur in Etym. πετόθασ. Apud Etymol. quoque male ἐγγυλίας, παρὰ τὸ ἐγγυλῆ ἐν τῷ ὕδατι. Sylburg. ἰδίῳ, ut hic Schol. & sic quoque repone apud Varinum in ἐγγυλίας.

vf. 889. Καὶ τὸτ' ἐπίτῳδες σε σελήμπιχ', ἵνα σ' ἀποπνίξῃ.] Versus metro caret. hoc ita sanari potest, ut Kust. σελήμπιχ' ἢ ἵνα σ' ἀποπνίξῃ. vel, quod mihi in mentem venerat, καὶ τὸτ' ὅτ' ἐπίτῳδες | σε σελήμπιχ' | ἵνα σ' ἀποπνίξῃ.

vf. 895. Νῆτ' Ποσειδά, καὶ πρὸς ἐμὲ τατὶ γ' εἶπ' ἄνη κόπριον.] Metrum posteriore parte aperte corruptum est. Nam nec amphimacer sexto, nec pyrrichius, vel, si mavis, trochaeus septimo loco esse potest. Kusterus, τὸτ' εἶπε κόπριος ἄνης. Possent etiam ita legi: τὸτ' ὅτ' ἄνης κόπριος εἶπεν.

Ibid. Κόπριον ἄνης.] Casaubonus ait, ridicule auctorem suum appellari a populo κόπριον, quasi vilem, abjectum. Salmaf. ad Tertull. Pall. p. 333. ait, iactabundos, item scurras, aretalogos, & eos, qui magna promittunt ac jactant, quos inter & βρότοις, a Graecis appellari κόπριος & κοπρολόγος, idque ostendit cum ex h. l. tum ex aliis. nam nihil ingratius esse auribus, nihil putidius ejusmodi jactatione: & hinc apud Plautum stercoreos dici. Potest ergo hoc accipi de rhetore quodam, aut demagogo alio. Idem ibid. versus hunc ita laudat, Νῆτ' Ποσειδά πρὸς ἐμὲ τὸτ' ὅτ' εἶπ' ἄνης κόπριον. Sed non puto, secundam in κόπριον longam esse posse.

vf. 958. Ἐγὼ σε ποιῶ τριηραχέην.] De onere trierarchiae vid. Petit. ad LL. Attic. p. 269. seqq. Casaub. ad Theophr. Char. c. 23.

vf. 915. Ἄνη παφλάζι.] vid. Suidam h. v. Scho-

liastes recte de aqua nimia vi flammae subjectae exundante accipit: quae significatio etiam ab Eustath. in Od. p. 1661. 64. notata est. Utitur eadem comparatione Virgil. 7. Aen. 462. *Ira super magna veluti cum flamma sonore cet.*

vf. 916. Ἰφιλλίον δὲ τῷ ἐβλῶν.] Scholiastes notat in plerisque legi τῷ δαδῶν. Et ita est in Suida: quod ferri forte potest, si per dipodiam metiaris, Δε τῷ δαδῶν | ἀπαυρτέον: etsi hujusmodi exempla nondum inveni. Quod dicit Schol. εἰπὲν τῷ κρεῶν, videtur pertinere ad sequens τῷ ἀπειλῶν. dicendum enim erat, ἀπαυρτέον τῷ κρεῶν, non, τῷ ἀπειλῶν. cum enim lebes ebullit, & ligna subtrahuntur, & carniū nonnihil eximitur, quominus repletus sit lebes, ne tam facile effundatur aqua. Sed poeta recte ἀπειλῶν, respiciens ad minas Cleonis. Suidas in ὑφελκτιῶν habet: καὶ ἀπαυρτέον τῷ κρεῶν, expositionem Scholiastae, non verba Comici secutus. Laudat h. l. etiam Scalig. ad Varron. p. 52. ubi illud Titinnii apud Festum adfert: *Cocus magnum abenum, quando fervit, paula confutat triua.*

vf. 919. Δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην, Ἰπέμενοι ταῖς εἰσφοραῖς.] Ita etiam Eustathius in Il. A. p. 16. fin. Sed Suid. in ἰπέμενοι, & Etym. M. in ἰτῷ habent, συμφοραῖς. Pollux l. 7. c. 11. n. 41. haec refert e Cratino; sed pro εἰσφοραῖς habet συμφοραῖς. Casaub. ad Athen. 4. 21. existimat, Aristophanem haec e Cratino in hanc fabulam transtulisse, mutata voce συμφοραῖς in εἰσφοραῖς, utpote quae argumento, in quo verfabatur, melius conveniret. Atque hinc orta videri potest diversitas lectionis apud Suidam & Etymol. M. ut putat Kusterus ad h. l. Hoc quidem verosimile est: nec tamen negligentia auctorum illorum excusari potest, si vera lectio Comici est εἰσφοραῖς, quam dubiam facit Pollucis Codex Falckenburgianus; ubi ea non Cratino, sed Aristophani, tribuuntur. Sed vide tamen, quae contra ejus Cod. lectionem disputat Jungerm. ad Poll. l. d. cui propemodum adfentior. Certe εἰσφοραῖς melius loco Comici convenire, quam συμφοραῖς, negari non potest: nam ea, de quibus hic agitur, proprie εἰσφοραῖς dicuntur. Frischlinus quidem lectionem Suidae videtur secutus, cum vertit, *oppressus aerumnis malis*: sed praestat vertere, *pressus tributis collationibus.*

vf. 930. Τὰ δίδωμι ἐμπλήμενοι.] Verosimilius mihi videtur legendum ἐμπλημένους, mutato accentu, pro ἐμπλημένους, qua forma perfecti nihil apud poetas frequentius est. Suidas v. ἐμπλημένους laudat ex Aristoph. Eccles. vf. 56. ἐμπλημένους pro πεπληρωμένους. Sed in Aristophanis exemplaribus legitur ἐμπλησμένους, cui tamen Kusterus ad Suidam praefendum putat πεπλησμένους, quod habet idem Suidas in τμηχίδες: de quo non contendo: nam sufficit Suidam existimasse, ἐμπλη-

μὲν ὅτι recte dici pro ἐμποπλημῆν. Suidae interim ad stipulatur in ejus loci lectione Varinus.

vf. 951. Ὁ τὸ πρὸ γ' ἐστὶν ἢ τὸ θ' ἔστιν. Δ. Ἀλλὰ τ';] Post ἐστὶν pono distinctionem; non hoc est, non est ibrium.

vf. 952. Δάρῳ κέχρητός.] Refert Suidas h. v. quod nescio cur monere neglexerit Kusterus; cum Portus adnotaverit. Ceterum Schol. ad Nub. vf. 591. laudat ex h. l. κέχρητός. Et sunt sane, qui in media diphthongum ponant; sed apud Aristophanem & alios frequens est vocalis. v. Suid. in λάρῳ, κέχρητός, & κέχρητός. Laudat autem h. l. Casaub. ad Capitol. Peitini. p. 556. qui refert, a Lucilio quandam vel foeneratorem vel aliorum lucrorum captatorem, mergum appellatum fuisse.

vf. 960. καλὸν γυνῆ δὲ σε μέχρι τῆς μύρτης.] Est etiam apud Suid. in ψαλλῶς, ubi describitur Scholiastes, & in Append. Var. Prov. 4. 49. Kusterus, reprehendens versionem Frischlini: *bernjum te fieri oportet usque ad caput*; ait vertendum fuisse: *nudandum est tibi veretrum usque ad myrtum, seu pilos, id est, a summo usque ad imum.* nam μύρτις, idem quod μύρτις, hic accipi pro pills, quibus inferior pars nervi obsita est. Velim scire, unde ipsi constat verborum μύρτις & μύρτις hanc significationem esse apud Graecos, quam ego nusquam reperio. Scholiastes, & Suidas, itemque Casaubonus, accipiunt de capite, quod etsi dure dictum est, tamen verius esse puto. Nam est dictum παρὰ προσδουλίαν, turpi joco, nudandus tibi est penis ad usque caput, pro, ad imam usque partem, quod exspectari poterat.

vf. 965. Διαξῆς Σμηκόδω καὶ κύριος.] Suidas inconstanter Σμηκόδω, & Σμηκόδω. Eustath. in Od. E. p. 1754. 64. Σμηκόδω. Casauboni expositio vocis Διαξῆς, pro, *sequeris currum triumphantis*, non adridet; maloque adherere Scholiastae, qui a iudiciis tractum ait, *persequeris, reum ages*: quo ipso victoria promitti videtur.

vf. 975. Ἐν τῷ δὴ γινώσκῃ τὸ δικαίον.] Suidas v. δὴ γινώσκῃ confuse laudat h. l. & pro εἰς male habet εἰς, quod cum rectius apud Aristophanem legi notasset Portus, Kusterus ne quidem monuit. Ceterum de hoc loco quae apud antiquos tradita sunt, diligenter congeffit Jungermanus ad Polluc. l. 9. c. 5. n. 34. Meursius de Popul. Att. v. Περιπέδι Tom. IV. Ant. Graec. ubi imperite vertitur, *in digmate iudicio auctori contradicenti*, rectius in Piraeo c. 5. Tom. V. *in digmate litium auctori contradicentes*. Agit etiam de eo Casaub. ad Theophr. Charact. p. 342. ubi vitiose legebatur *ἐν τῷ δὴ γινώσκῃ*. Lindebrogius quoque ad Terent. Eun. 3. 4. 1. *Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeum*: bene monet, ideo ibi Piraeum memorari, quod ibi esset forum rerum venalium, & δὴ γινώσκῃ omnium mercium, τὸ δικαίον autem dicit Poëta, tum ad notandum τὸ φιλοδίκον Athe-

nensum, tum quod & ibi iudicia exercebantur, ut ait Scholiastes, puta de negotiis & contractibus inter ementes vendentesque. Unde & magistratus in Piraeo memorat Harpocration ἀγορευόμενος, ἀστυνόμος, μετρονόμος & alios. vid. Meurs. in Piraeo l. d.

vf. 987. Ἀλλῶς δ' ὅτι ἐθέλειν μαθεῖν.] Suidas in δαρῆσι, pro μαθεῖν habet λαθεῖν: quod Graeci quoque dicunt pro μαθεῖν. v. Schol. ad Ran. vf. 253. ubi Comicus, *τὸ πρὸς ὑμῶν λαθεῖν*. Hic tamen nihil mutandum censeo: nam & sic paulo post: *ὡς ἀγωνίαν ὁ παῖς ἔτος ἢ δύναται μαθεῖν*.

vf. 996. Εἴτι γ' ἐμὸς ἔτι κίβωτός πλέα.] Pessime pro ἔτι, recte emendavit Kusterus. ἐμὸς autem etsi facile ferri potest, tamen putem forte melius esse ἐμοί, cum in vf. seq. sit ἐμοί δ' ὑπερβολῶν.

vf. 1001. Εἰσὶ δὲ περὶ τῶν.] Scrib. εἰσὶν.

vf. 1002. Περί σθ, ἢ περὶ ἐμὸς, περὶ ἰσπανίων πρῶτον.] Kusterus metri fulciendi causa jubet interferi γε, legique περὶ γ' ἰσπανίων. Non adsequor rationem. nam sic etiam superiore versu scribendum foret περὶ γ' Ἀθηναίων, & in hoc περὶ γ' ἐμὸς. ubi hiatus ille non magis vitiat versum, quam hic. Et sic vf. 1006. rursus, περὶ ἰσπανίων πρῶτον, ubi nihil notat Kusterus. Sed in sequens adfertur illi scribendum: *οἱ σοὶ δὲ περὶ τῶν*.

vf. 1010. Ἐν νεφέλῃσι εἰσετός.] Oraculum, de quo hic Scholiastes, rursus idem memorat ad Aves p. 588. ἀγγελία, quod in eo occurrit, epitheton est Minervae, de quo v. Graev. ad Hesiod. Λοτ. vf. 197. Ceterum proverbium, *εἰσετός ἐν νεφέλαις* est etiam apud Zenob. 2. 50. ubi v. Schottum; & apud Diogenian. 1. 67. item Suidam in αἰετός, quos ad hunc locum respicere, non dubium est.

vf. 1046. Διασαί σ' ἐκέλευε πεντασύγγυον ἔλαο.] Salmasius de Modo Usur. p. 813. laudat ἐκέλευσε; quomodo paulo ante ἐκέλευσε ὁ Λοξίας. Sed nihil mutandum. vid. infra vf. 1178. Scholiasten descripsit Suidas in πεντασύγγυον. Meminerunt etiam πεντασύγγυον ἔλαο Pollux l. 8. n. 72. & Hesychius, apud quem eadem leguntur, quae apud Scholiastem. Ceterum Salmasius l. d. nihil discriminis videtur facere inter ποδοκλάκην, ἔλαο, & πεντασύγγυον ἔλαο. Sed Petrus ad LL. Attic. p. 370, 371. idem esse vult ποδοκλάκην, quod ἔλαο, id est, quo vincuntur tantum pedes; ποδοπέδη, quo pedes manusque; παυσιπέδη, quo collum; πεντασύγγυον ἔλαο, quo collum, manus, & pedes. Sane, ἔλαο idem esse, quod ποδοκλάκην, docet Harpocration in ποδοκλάκην. hoc autem idem esse, quod πεντασύγγυον ἔλαο, nulla auctoritate adfirmat Salmasius: nam si ita esset, cur a pedibus denominaretur ποδοκλάκην, quae appellatio indicio est, ad hos solos pertinere. Praeterea quoque non credibile est, omnes, qui vinciebantur ἔλαο, collo, manibus ac pedibus constrictos fuisse; sed pro gravitate delicti, alios

alios pedibus solum, alios pedibus manibusque, alios his ac simul collo vinctos fuisse.

vf. 1052. *Κικροπίδη κακόβουλι.*] Cecrops pro ἀπατίων est in glossis Hesychii. rationem ejus significationis exponit Meursius de Regib. Athen. c. 10. Tom. 4. Thef. Antiq. Graec. idemque putat eo respicere poetam, cum ait κακόβουλι. Ego malo sequi sententiam Casauboni, poetam hic, ut alibi, loqui de κακόβουλι Atheniensium, quos semper mala consilia capere, sed ea deorum benignitate ad bonum exitum converti, dicit. Loca Comici laudat Kusterus: quibus junge Eustath. in Il. v. p. 185. in fin. Adde quod κακόβουλι Graecis non potest significare consiliatorem maleficum, sed eum, qui sibi solum consilium capit, ut δούβουλι, πολύβουλι, & alia cum βουλι composita.

vf. 1066. *Οἶδ' ὅτι τὸτο τί ἐστὶ;*] Ita etiam Editio Kusteri. At Batavae ὅ, τι, quod praefero. sic vf. 1038. ταῦτ' οἶδ' ὅ, τι λέγει. vf. 1018. ταυτί ἐγὼ σέο οἶδ', ὅ, τι λέγει. Quod autem superadditur τί, notandum arbitror pleonasmum non valde frequentem; ac puto, pro eo alios magis dicturos fuisse τει.

vf. 1080. *Τῆν τάτην χεῖρ' ἔποισε κολήνην.*] Ἐποίησι est *induxio in versum, oraculum.* Sic Ran. vf. 966. *ὅν τραγῳδικαίαις ἀλευκτρούνα ποιῆσαι.* v. Bentlejum in epist. ad Mill. p. 62.

vf. 1089. *Ἀργυαίη.*] Suidas h. v. eadem habet, quae Scholiastes. Memorat etiam e Comico Eustath. in Il. 2. p. 1159. 59. & Od. 9. p. 1599. 50. ubi λεκανίδ' εἶδ' esse ostendit ex alio loco Comici. Plura de hac voce vide apud Casaubon. ad Theophr. Charact. c. 10. p. 225.

vf. 1115. *Πρὸς τὸν τε λέγοντ' ἄσι.*] Suidas v. *ἐπαράγωγος*: πρὸς τὸν λέγοντ' ἄσι. Non rejicio hanc scripturam, quae si recipiatur, erit ditrochaeus, quos in his periodis immisceri Ionicis a majore dicit Scholiastes, & qui nusquam alibi sunt, quam in hoc versu; si eum ita, ut Suidas profert, legas. Sed & melius consentire rationi linguae Graecae puto, ut τε ponatur ante articulum, quam post eundem.

vf. 1132. *Ὡσπερ δημοσίαις τρέφεις.*] Morem Atheniensium placendi homines viles, qui immolantur pro populo ad expiationem illius, retulerunt plurimi. v. Meurs. Graec. Feriat. *θαργύλια.* & Interpr. Petron. ad cap. 107. fin. & c. 141. fin. Versus sex Comici, & nonnulla e Scholiis describit Suidas in *Φαρμακείαις*. Laudat etiam h. l. Comici Hemsterh. ad Poll. l. 9. c. 1. n. 10. ubi is *δημοσίαις εἰκίστας* memorat, putatque, *δημοσίαις* hic potius esse servos publicos, quam *φαρμακείαις*, sive hostias piaculares. ut Scholiastes, & cum eo Valesius ad Harpocr. Meursius, Doula alique ad Petron. existimant. Non adsentior illi: nam quod sequitur, *τῶν, ὅς ἂν ἢ παχύνει, θύσας*, aperte ad ritum sacrificandi

immolandive τὰς *φαρμακείαις* pertinet, nec de servis publicis exponi ullo colore potest. Casaubonus h. l. contra sententiam Scholiastae accipit de certamine tribuum super optimioribus victimis; quo ducere videtur expositio Schol. dicentis deesse in *δημοσίαις, βῆς, ἢ ταύρας*. hoc sane majorem speciem habet, quam quae dicuntur ad Pollucem.

vf. 1142. *Οὐδ' ἴδων ἴραν.*] *Diffimilians me videre.* v. Schol. sic Plut. vf. 838. *σὺ ἴδων ἴραν ἔτι.* Add. Casaub. ad Theophr. Charact. cap. 2. pag. 105.

vf. 1169. *Παλλῆς ἢ Πυλαμάχ'.*] Spanhemius ad Callim. Hymn. in Pallad. vf. 53. p. 691. censet, hac appellatione respici ad cognomen Palladis, quae *πυλαία* & *πυλαίτις* dicebatur, quod ejus simulacra in portis urbium statuerentur. Dubito: ac potius puto, Cleonem solum respicere ad res a se ad Pylum gestas, quas subinde jactat: quae Scholiastae sententia est.

vf. 1175. *Ἡ δ' ὀφειμοπάτρα.*] Notat Kusterus, apud Homerum legi *ὀφειμοπάτρα*. loca sunt Il. E. 747. ubi Schol. parvus, *ὀφειμοί κ' ἰγυροί πατέρα ἔχουσα.* Il. 9. 391. & Od. A. 101. Sed & Athenaeus l. 3. c. 14. p. 94. hos duos versus laudans *ὀφειμοπάτρα* legit, quod non video cur adnotare noluerit Kusterus, cum locum citet. Pro *ὀφειμο* vero etiam *ὀμφειμο* apud Homerum & Hesiodum legitur; & utrumque agnoscit Suidas, ut & *ὀμφειμοειγός* & *ὀμφειμοειγ'.* Sunt tamen, qui potius sine *μ* legendum censent. vid. Seber. in Indice Homeri, & Kuster. ad Suid. *ὀφειμοειγ' & ὀμφειμο.* Et sane, cum Athenaeus in hoc loco legat *ὀφειμοπάτρα*, nulla ratio esse videtur, cur ab ea scriptura, quae & apud Homerum est, & Hesiod. *ὀφειμο*. vf. 587. recedamus.

vf. 1178. *Ἡ Γοργολόφα σ' ἐπέλαυε.*] Schol. ἢ *ἐπ' κεφαλῆς τῆς Γοργῆς τὴν ἀδικεφάλαιαν ἔχουσα.* sic & Suidas v. *γοργολόφαις*. Sed nusquam reperio, Minervam capite Gorgonis pro galea usam, quod ab ea in clypeo gestatum alii tradiderunt. Hesych. *γοργολόφαις, λέγει τὴν λόφον τῆς ἀδικεφάλαιας κ' τῆς ἀσπίδος.* *Γοργόνα, ἢ ἐπ' αὐτῆς εἶχεν ὁ Λάμαχος.* respicit ad locum Aristoph. Acharn. vf. 566. ubi Lamachus *γοργολόφαις* dicitur. sed non potest *λόφος* de clypeo dici: nec Lamachus magis, quam Minerva, caput Gorgonis in galea habuit. Existimo hanc vocem vertendam esse, *terribilis galea*. Nam Scholiastes ad Acharn. l. d. & Etymol. M. exponunt *φοβερός*. Addit Etymol. M. *παρὰ τὸ Γοργὸν κ' λόφον.* ἢ *τὸ ἢ Γοργὸν φοβερόν.* Itaque adluditur quidem in hoc composito ad Gorgonem, quae terribilis erat, sed ejus caput in *λόφον*, seu crista galeae, fuisse non dicitur.

vf. 1178. *Τῶν τε Φαργῶν ἐλατῆρ', ἵνα τὰς ναῦς ἐλατῶμεν καλῶς.*] Scholiastae nota legitur apud Suidam in *ἐλατῆρ'*, ubi & plura de hac voce adferuntur. citat

citatur etiam hunc locum Eustath. in Il. A. p. 877. 34. ὁ δὲ γε Κοιμικός καὶ τὴν πέμματα εἶδος οἶδε τὴν ἑλατῆρα, ὡς ἂν τοῖς ἰσπεύσει δὴλοῖ, ἀντιλήμειν ἐκείνῳ δύνανται πῶν λέξιν καὶ ἐπὶ κωπηλάτου λέγεσθαι. & in Il. Σ. p. 1163. 41. ὁ μὲν τοι παρ' Ἀριστοφάνη ἑλατῆρα πόπαιον, φασιν, ἢ πλατύ.

vf. 1184. Ἐχε καὶ πῶν κεκραμένον τρία καὶ δύο.] Deest πέμα, ut intelligi potest e Suida v. πέμα κεκραμένον, eoque refertur, quod est apud Schol. ἐπὶ δὲ χόρδον; quem & ibi, & in κεκραμένον descripsit Suidas, & utroque loco vitiose verba Comici, ut notavit Kusterus. De κράσι autem vini & aquae apud antiquos, quae varia erat, vid. quae notavi ad Plut. vf. 1133.

vf. 1227. Φράζων, ἰφ' εἰ δὲ δῆσέ μ' ἠτίμας μόνον.] Metrum aperte vitiosum est: nam in quarta sede spondeus est. hoc transpositione sanari non potest, quod nulla vox in fine vocalem brevem habeat, quae autem μ' ἠτίμας collocari possit. Non habeo quod dicam: nisi suspicari licet, φράζων esse e glosa, & post δῆσέ ponendum esse δῆσα, hoc modo: ἰφ' εἰ δὲ δῆσέ δῆσα μ' ἠτίμας μόνον. vel δῆσ' εἰ μ' ἠτίμας. Nam diphthongus apud Aristoph. & alios saepe per apostrophum abjicitur.

vf. 1247. Καὶ σ' ἄκων ἐγὼ λείπω.] Καὶ hic accipio pro est, cuius significationis plura exempla adfert Graev. ad Hesiod. Ἔργ. vf. 357. Adde supr. ad Nub. vf. 1429.

vf. 1255. Ἐν τῇ ἀγορῇ τῷ κρινόμενῳ ἐσοσκόμην.] Hoc difficultatem nonnullam habet. Frischlinus: in foro nutritus sum pro iudice. At κρινόμενος a Graecis dicitur pro iudice, nusquam lego. Casaubonus exponit de eo, qui frequens accusatur, quod improbi civis signum est, ut ait: cui quidem expositioni non repugnat significatio vocis Graecae, quae compluribus locis ita sumitur: sed obstat, quod addit ἐσοσκόμην. nam quomodo is, qui accusatur in iudicio, potest dici accusationibus βόσκαδ, ali? Nec semper improbi civis signum est crebro accusari; cum Catonem Censorium fere quinquagies apud populum accusatum tradat in ejus vita Plutarchus. Atque ideo apud Comicum hac voce denotari puto litigatorem, jycophantam, accusatorem, qui accusationibus & delationibus victum sibi quaerit. Nam κρινόμενος Graccis dicitur tam de accusatore, quam de reo. Lucian. Anach. p. 281. Ed. Amst. δίδοται λόγῳ ἐκατέρῳ τῷ κρινόμενον. & de Calumn. p. 407. τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀποσκόδ, καὶ τὸ πῶν εὐνοίαν ἴσθη τοῖς κρινόμενοις δαίνεσθαι.

vf. 1269. Σῶς ἀπὸ τῶν Φαίετρας.] Casaubon. ad Athen. l. 12. c. 13. scribit, hinc constare, Thumantin fatidicam laurum Apollinis solitam mordere. Et ita solebant vates, unde δαφνηφάγει. vid. ad Juven. Sat. 7. vf. 19. ubi est, laurumque momordit. Videtur ergo παρὰ προσδοκίαν dixisse Φαίετρας, pro δάφνης. Nam Apollinem iratum pha-

retra uti scribunt Poetae ad laedendos mortales: cuius pharetram tangere Thumantin forte dicit, quasi fame ab irato Deo eneclum. Aliter exponit Casaubon. ad h. l.

vf. 1278. Ἀμφρόδιος παντρός.] Vitiose & confuse ex Aristophane & Scholiaste multa descripsit Suidas h. v. Portus notavit eum emendandum esse e Scholiis. Kusterus tantum subjicit verba Comici: de iis, quae e Scholiaste prave relata sunt, nihil monet. Hanc autem foeditatem oris & linguae alia voce λεσβιάζειν dici notat Casaubon. ad Athen. l. 5. c. ult. ubi Athenacus, Ariphradis τῆν αὐτὴν τὰ φάλλα σπεδῆν notans, hoc flagitium intelligit. Laërtius Prooem. n. 5. τὰ ἀίχρασγέμερα τῶν τῶν φωνῶν ὀργάνων. vid. ibi Kuhn. & Mericum Casaubonum. Scholiastes Luciani ad Pseudolog. p. 42. ad verbum descripsit Suidam.

vf. 1282. Ἐν κασσαυρίοισι.] Suidas referens hunc locum in lemmate legit, κασσαυρίοις, in verbis Comici, κασσαυρίοις, ut hic. Pollux quoque l. 6. n. 188. ἐν κασσαυρίοις, etsi non adferens auctoritatem Comici: sed σφῆδρα ποιητικῶν esse ait. Stephanus de Urbib. in κασσαυρίοις, ex hoc loco laudat, ἐν κασσαυρίοις λείχων. Eustathius quoque in Il. l. p. 741. 27. κασσαυρίοις & κασσαυρίοις scribit ex Antiphane & Hipponacte, & etymologiam addit α κῶσαι, id est, κοσμήσαι, & ἄρα. Etymol. M. κασσαυρίοις & κασσαυρίοισα e Lycophrone. Hujus locus est vf. 772. ubi editum est κασσαυρίοισα, lege metri postulante, ut ad Etymologum notat Sylburgius; quamquam in uno MS. legi geminato σ notat postremus Editor. Apud eund. vf. 1385. κῆρη κασσαυρίοις. Hesyechius κασσαυρίοις, κασσαυρίοις, πόσην. item, κασσαυρίοις, οἰκοῖς ἰφ' ἂν cet. Et paullo inferius, κασσαυρίοις, πόσην. κασσαυρίοις, ποσειδῶν. Suidas rursus, κασσαυρίοις, πόσην, ἰστῆρα. Quidquid est, geminationem τῷ σ apud Aristophanem & Lycophronem non admittit ratio metri. Utrum autem rectius sit scribi per α, an per αυ, non possum dijudicare. Si tamen Eustathii etymologia vera est, praeferenda est scriptura per α. Ceterum, cum Scholiastes ait, δὴ καὶ, ἐν κασσαυρίοις, indicatur, opinor, varians scriptura. Et sane κασσαυρίοις esse in vetustis Editionibus, notatum est in notulis Scaligeri.

vf. 1294. Τὸς δὲ ἀντιβόλῃν ἀνομιῶν.] Ἀνομιῶν non sine ratione suspectum est Kultero: nam nulla ex eo sententia effici potest. forte ἀνὸς ὁμοίως divisim, id est, pariter, omnes aequae.

vf. 1301. Ἀνδρῶν μοχθηρῶν, ὀξύνη.] Scaliger ad Priap. Carm. 13. p. 47. Ed. Blav. vappas a Latinis dici ostendit homines ἀχρήστους ac nihili: ac pari ratione apud Aristophanem accipit ὀξύνη in h. l. Scholiasten autem nugari dicit.

vf. 1306. Τῆς Ναύτων.] De hoc nomine vid. Suidam in Ναύτων, & Schottum ad Vatic. App. Prov. 2. 96.

v. 1308. Εἰ δὲ ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆ-
Ρρ ρρ ρρ ρ

σβαί μοι δοκῶ.] Nota dactylum loco quinto. Quamquam autem Hephæstion hunc pedem sedibus imparibus ingredi trochaicum adfirmat; tamen, quia apud Aristophanem hoc valde infrequens est, & nulla necessitas hic dactylum exigit, malim Ἀθηναίως.

vf. 1316. Ὡ ταῖς ἰσραῖς ἠήσοις ἐπίκουρῶ, καὶ Φέγλῳ ἐν Ἀθῆναις.] Kusterus metrum ita restituit: ἐπίκουρῶν, καὶ Φέγλῳ Ἀθῆναις. Posslet etiam legi: ἐπίκουρῶ, καὶ Φέγλῳ ἐν Ἀθῆναις, ἐπίκουρῶ Attice, pro ἐπίκουρῶ.

vf. 1317. Ἐφ' ὅτῳ κτισσῶν ἄγυιάς.] Ἀγυιάς hic est scribendum κτισσῶν in accus. plurali, si Harpocratonem sequimur h. v. qui illud contractum ait ex ἄγυιάς a nominativo ἀγυιάς. ἀγυιάς autem exponit τὰς πρὸ τῆ οἰκίαν βαρύνε, & κίονας εἰς ἀξὺ λήγοντας, ἕς ἰσῶσι πρὸ τῆ θυρῶν. vid. etiam Schol. ad Vesp. vf. 870. Scholiastes quoque ita legisse videtur h. l. cum exponit, ἀγυιάς, τὰς ἀγυιάς θεῶς: quanquam ἀγυιάς mihi suspectum est, quod id nusquam alibi legi, ac pro eo malim τὰς ἐν ταῖς ἀγυιάς θεῶς: vel τὰς ἀγυιάς θεῶς, ut Ἀγυιάς apud Aristoph. Vesp. vf. 870. & Ἀπόλλων ἀγυιάς, apud Pherecratem in Schol. ibid. Ita κτισσῶν ἀγυιάς esset, *adelerere aras*, vel, si hoc dici potest Latine, *Deos*, quorum ante fores κλοῖς stabant. Adfert Harpocraton testimonium Demosthenis e Midiana κτισσῶν ἀγυιάς: verum ibi p. 332. legitur κτισσῶν ἀγυιάς, in quo ἀγυιάς pro viis accipit Interpres: ait enim: κτισσῶν ἀγυιάς, κτίσις καὶ θυρμαμάτων πληρὴ τὰς οὐδῆς. οἱ δὲ ἀγυιάς (an ἀγυιάς) φασὶ τὰς ἰσρίας. Sed & ex ipsius oraculi verbis ea voce potius ibi designari videntur vias: ait enim: Μιμνήσθαι Βάκχοιο καὶ εὐρυχάρῳ κατ' ἀγυιάς, Ἰσῶναι ἰσραῖαν Βρομίαν χῆρῶν ἀρμυρῶν πάντας, καὶ κτισσῶν βαρύνει κίρη εἰσφάνεις πυκασσάντας. in quibus ex adposito epitheto εὐρυχάρῳ, & praepositione κατῶ, manifestum est intelligi vias. Sic mox ibid. κατ' ἀγυιάς κρατῆρας ἰσῶν καὶ χορῆς. Et rursus in ea πρὸς Μικκάρτατος p. 609. ex oraculo: καὶ τὰς ἀγυιάς κτισσῶν, καὶ κρατῆρας ἰσῶν, καὶ χορῆς. ubi articulus τὰς indicio est, non esse accusativum pluralem ab ἀγυιάς. Eo respexit Pollux l. 1. n. 28. ἢ δὲ Πυθία καὶ κτισσῶν ἀγυιάς ἀν' ἑφ. ubi vid. Jungerm. & Lucian. in Prometh. p. 183. ὅπως ἔχουσιν κτισσῶν ἀγυιάς, καὶ τὴν λιβανωτῆ θυμῶν. & bis accus. p. 214. ἀκτισσῶν δὲ αἱ ἀγυιάς.

vf. 1328. Ὅδ' ἐκείνῳ ὄρῳ τετλιγοφῶ, ἀρχαῖα χήματα λαμπρῆς.] De cicadis, quas Athenienses insectebant capillis vid. Scholia hic, & ad Nub. vf. 980. Scalig. ad Catal. Virg. p. 56.

vf. 1345. Ὡσπερ σκιάδων.] De hoc loco vid. Perizon. ad Aelian. V. H. 6. 1. Hemsterh. ad Poll. l. 7. n. 174. & in Addendis ad eum locum.

vf. 1351. Ὅχι κατὰ χῆραν μενέε] Frischlinus: *an non manebis hoc loco? parum recte*; non enim discessurus erat inde populus. Graeci κατὰ χῆραν ἔχειν & μένει dicunt illa, quae manent eodem statu, quae non mutantur. Sic Plut. vf. 367. is, cuius vultus mutabatur, dicitur τὸ βλέμμα ἢ κατὰ χῆραν ἔχειν. item: *rem relinquere, quo statu est*, ut Ran. vf. 805. Hortatur ergo populum caput praepudore submittentem, ne id faciat, sed erecto vultu, ut ante, maneat.

vf. 1366. Ἐπιθεῖς ἐν καταλόγῳ, ἕδεις κατὰ σπεδῆς μεταγραφῶσεται.] Suidas in κατάλογῳ, duos hos versus laudans, posteriorem ita legit: Ὅδ' εἰς κατασπεδῆς μεταγραφῶσεται. Sed κατασπεδῆς una voce praeterea neminem scio qui dixerit. Disjunctim vero etiam legitur apud Aelian. 3. Var. H. 8. eodem fere quo hic sensu, *per studia aliorum*; quod etiam verti potest, *in gratiam alterius*. μεταγραφῶσεται vero Kusterus ad Aristoph. etiam in MS. legi tradit. Nec ille autem, nec Portus quidem ad Suidam de variante apud Aristophanem scriptura monent, μεταγραφῶσεται etiam apud Lucian. est, ad indoctum & multos eminentem libros, p. 380. pro *describere*: ubi tamen dubito, an non potius legendum sit μεταγεγραμμένα. Ceterum de catalogo, in quo scribebantur nomina militum, Suidas fere eadem habet, quae Scholiastes, nisi quod pro στρατοδουμῶν apud eum est στρατοδουμῶν, vid. etiam Petit. ad LL. Attic. p. 549. Pollux l. 8. n. 115. eos vocat, τὰς ἐκ τῶ κατάλογῳ. Aelian. 13. V. H. 12. Μίταν ὁ ἀστροῖσμος εἰς ἢ τὸν κατάλογον.

vf. 1370. Ὅδ' ἀγορῶσιν ἀγυνῆσις.] Scholiastes exponit ἐν ἀγορῶ διατρίβη: quam significationem tradunt Eustath. in Il. B. p. 192. 14. Hesychius h. v. Ammonius in ἀήσασαδ. & Gronov. ad Lucian. Toxar. p. 71. qui compluribus testimoniis eam confirmat. Ἀγυνῆσις autem hic accipio impudicos, quibus non licuisse concionari tradit Scholiastes supr. vf. 876. nam tales erant Clifthenes & Straton; ut hic Schol.

vf. 1382. Καὶ παῖδ' ἐόρχην.] Alludit ad morem Atheniensium, de quo Aelian. 4. V. H. 22.

vf. 1398. Το λῆτρον πίεται.] Suidas in v. λῆτρον, & Eustathius in Il. O. p. 1037. λῆτρον exponunt δόλιχον, laudato h. l. Comici. Kusterus ad Suidam scribit, hoc etiam vocari λητρίων: idque probat auctoritate Hesychii, apud quem pro λητρίων, τὸ ρυπαρὸν ὕδωρ cet. vult legi λητρίων, e Polluce l. 7. n. 167. καὶ τὸ ὕδωρ τῶ λητρίῳ, λητρίων, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἡρασι. Sed Jungermannus ibi e MS. magis probat λητρίων; cum praefertim ipse Pollux l. 10. n. 78. dicat λητρίων ὕδωρ. Et ita quoque legitur apud Lucian. Lexiph. p. 824. καὶ δῖος μὴ ἐν λητρίῳ δόλοισσάμεθα.

F I N I S.